





1715

1. Haken, Christianus Albertus: De Camerae imperii visita-  
tione novissima et iis, quae eo pertinent.

2. Rheden, Casparus, a: De momento.

1716.

1. Mierus, Henricus: De iudicio banivitario, apud nos  
sive Beschreyung.

1717.

1. Rheden, Casparus, a: De facto illicito naturalae,  
quatenus nocet de iuris iuratum.

2. Rheden, Casparus, a: De immutabilitate juris naturalae  
variarumque objectionum resolutione.

3. Rheden, Casparus, a: De loco delicti.

1720

1. Rheden, Casparus, a: De differentiis juris statuterii  
Municipalis et juris Romani circa successionem  
ab intestato.

1722

1. Rhoden, Casparus, a: De praesudicio auctoritatis,  
quatenus illud per omnes scientias omnemque homi-  
num status dominium suum exerceat.?

1724.

1. Berens, Franciscus: De vi et efficacia iurijurandi  
suppletorii sec. l. 3. ff. de iurjur.

1726

1. Klingebielus, Mauritius: De auctoritate legum Romanarum  
in iuris prudentia publica. Oratio, ... cum ord-jur  
professionem ... auspiciatur

1730

1. Tilemannus, Johann Antonius: De retentione pignoris  
ob aliud debitum chirographarium. actum.

1731.

1. Berens, Franciscus: Resolutio dubiorum circa succes-  
sionem in rebus occasione certaminis inter abba-  
tiam et Hersum.

1736.

1. Lockner, Jacob Hieronymus : De coloniis scientiarum

1741.

1. Scherer, Joh : De liberis haereditibus institutis,  
et fideicommissis qui versati gravatis, praeter legitem am,  
Tribellianicam detrahentibus.

1743.

1. Schraene, Johann : De differentiis juris statutorii  
Bremenensis et juris Romani circa praescriptiones.

1748

1. Lampel, Henricus : De Marco Coccejo Nerua  
Romae. Impus.

1774  
1775  
1776  
1777  
1778  
1779  
1780  
1781  
1782  
1783  
1784  
1785  
1786  
1787  
1788  
1789  
1790  
1791  
1792  
1793  
1794  
1795  
1796  
1797  
1798  
1799  
1800













12296.  
Vi

N<sup>o</sup> 36<sup>o</sup>

F. J.

DE

1715, 7.

CAMERAE  
IMPERII

VISITATIONE NOVISSIMA  
ET IIS QVAE EO PERTINENT

PRAESIDÉ

DOMINO

CHRISTIANO ALBERTO

MARON/

V. I. D. ET PROFESS. PVBL. ORD.

IVDICE HEREDITAR.

IN Borgfeld/

PVBLICE DISSERET

IOANN. GEORG. Sierenberg.

BREMENS.

AD D. IX. APR. A. MDCCXV.

H. L. S.

---

BREMÆ,

1612 TYPIS HERMANNI BRAVERI, ILLVSTR.  
GYMN. TYPOGR.

PERILLVSTRI ET GENEROSISSIMO VIRO,  
DOMINO  
**GEORGIO BERNHARDO**  
AB **ENGELBRECHTEN**,

SACR. REG. MAIEST. SVEC. IN DVCATIBVS BRE-  
MENSIS AC VERDENSIS CANCELLARIO: ANTEHAC S. R. M.  
SVEC. AD VISITATIONEM CAMERAE IMPERII EX-  
TRAORDINARIAM SVBDELEGATO: DEIN AD TRACTA-  
TVS PACIS VLTRAIECTINOS A S. R. M. SVEC. ET STA-  
TIBVS EVANGELICIS CIRCVLI RHEN. SVP. ABLEGATO

EXTRAORDINARIO: ET NOVISSIME EIVSD. S. R.

MAIEST. AD CONGRESSVM BADEN-  
SEM PLENIPOTENTIARIO.

MAECENATI SVO GRATIOSO;

VT ET

ILLVSTRI ET GENEROSO VIRO,  
DNO. **CHRISTOPHORO HENRI-  
CO A WEISSENFELS**,

S. R. MAI. SVEC. PER DVC. BREM. ET VERD. CONSILIA-  
RIO STATUS, ET IN CIRCVLO WESTPHAL.  
AC CIVITATE BREMENSIS

MINISTRO.

PATRONO SVO MAXIMO;

PARENTI DENIQVE SVO OPTIMO, INDVL-  
GENTISSIMO,

DNO. **IOANNI FRIDERICO**   
**HENNEBERG** / ICTO, SACR. REG. MAI. SVEC.

ADVOCAT IVD. ET PRAEFECTO.

QVALESCVNQVE HAS PAGELLAS

IN

MVMILLIMI, OBSERVANTISSIMI, GRATISSIMI

ANIMI TESSERAM

ET STVDIORVM SVORVM COMMENDATIONEM.

SVBMISSE, OBSEQVIOSE, PIE

D. D. D.

AVCTOR.

## Prolegomena

**A**ugustissimi Imperatoris IOSEPHI, gloriosissimi memor. Imperium haud  
 quidem longa annorum serie, rerum tamen fortissime pariter ac sa-  
 pientissime, nec minus ubique felicissime gestarum gloria immortalitati  
 consecratum esse, neminem certe, qui vel levi admodum rerum huius saeculi  
 notitia tinctus, fugere potest. Equidem restituta Silesiis per Convensionem  
 cum SVEONUM MONARCHA, Heroe in omni fortuna invictissimo, ini-  
 tam, exercitii religionis & conscientiae libertas sola. Nominis EIUS ab om-  
 ni interitu vindicandae sufficeret; Sed longe plura suppetant, gloriosissime ab  
 EO gesta, Nominis & Imperii IOSEPHINI gloriam ultimae traditura pos-  
 teritati: quae brevi pagella enumerare velle, abominanda foret temeritas.  
 Animo manaque ILLUM fortissimum experti sunt hostes; Sapientis-  
 simum & clementissimum venerati sunt subditi, a quibus AMORE TI-  
 MORI iuncto se coli quemadmodum desideravit, ita obtinuit. Non enim  
 potuerunt EVM non amare, quem pro salute publica vigilantissimum, &  
 summa quaeque atque optima prudentissime & intrepide conantem non so-  
 lum, sed & felicissime perficientem viderunt. Certe sat dignae nullo tem-  
 pore laudes ac grates IMPERATORI OPTIMO reddi ab Imperio Romano-  
 Germanico possunt, quod fors Maiestatem eius & iura contra quoscumque,  
 inprimis etiam, inaudito post Caroli V. tempora exemplo, in Italia & con-  
 tra Pontificem Romanum strenue defenderit ac felicissimo successu vindica-  
 verit: domi vero salutem illius sicut innumeris modis, ita praecipue VISI-  
 TATIONE & RESTITUTIONE CAMERAE IMPERII promovcrit.  
 Hinc est L. B. quod cogitanti mihi de edendo studiorum specimine, quo eorum  
 rationes redderem, cum aliquando res ab IMPERATORE nostris gestas  
 relegerem, maximamque illarum mirarer copiam, in mentem venerit Se-  
 lecta quaedam Imperii Iosephini ad Ius Publicum spectantia pro tenui vi-  
 rium modulo notare. Adprobavit, cui id aperui, institutum Nobiliss. &  
 Consultiss. Dominus PRAESES, Fautor & Studiorum meorum Pro-  
 motor aetatem summe colendus, & ut elaborationi me accingerem, huma-  
 nitate sua insigni ac plane singulari, nec non promptissima in communicandis  
 mecum Actorum Publicorum Collectionibus quibusdam, aliisque, qui usui  
 esse potuerunt, libris, benevolentia (quam hoc loco silere gratus sibi religio-  
 ni ducit animus meus) calcas addidit. Subievis itaque horis, ut, quae  
 huic pertinebant, colligerem, operam dedi. Ast cum amplissima in elabo-  
 ran-

vando rerum se offerret copia, quas vno, eoque brevi specimine comprehendere velle arrogans nimis videri poterat, de sola Visitatione & Restitutione Iudicii Cameralis agere animum induxi. Paucula igitur haec specimini & ad probanda, aliqua ex parte, SUPERIORIBVS meis studia iuvenilia sufficere sperans, luci publicae expono. Quamvis enim in ceteris, quae ad Selecta Imperii Iosephini faciunt, colligendis operam adhibuisse aliquam nequaquam me poenituerit, istud tamen de Camera Imperii argumentum eo lubentius elegi, quo plures maximi momenti res cum eo connexas viderim: Cui accessit, quod nemo hactenus, quantum ego quidem novi, ea de re egerit, si illa, quae Auctor *Quinquertii* Cameralis iam aliquot ante ipsam Visitationem institutam annis scripsit, excipias. Ab omni iudicio ferendo, nisi ubi evidentissima res permittit, iuvenis abstinui prorsus. Thesibus notas subiunxi, quae in thesibus dicta explicant subinde atque illustrant, fontes etiam, quae mea acceptum fero, indicant ingenue. Ex LL. Imperii Actisque Publicis plura, paucissima ex Iure Civili Romano per instituti rationem allegata vides L. B. Laudem enim hoc omnino habet suam atque utilitatem maximam, ius tamen Imperii nostri Publicum non comprehendit, neque omni iuri explicando sufficit: de quo graviter in Praefat. *Prodromi Iur. Gent.* differentem vide B. Dom. *Mevium*, Virum, dum viveret, omnis iuris Consultissimum, quem suo iure ICiorum Germaniae Principem vocat, qui nuper prodit Auctor *Delineation. Iur. Camer. Sect. I. §. XV. p. 57.* Ceterum faveas conatibus L. A. & si quae argumenti Dignitati peracritatem non aequae respondeant, tuum erit cognoscere, & non nisi studiorum iuveniliun specimen edenti ignoscere. Quod reliquum est, TRIPNO OMNIPOTENTI DEO, qui occasionem & facultatem ingenuis incumbendi studiis buesque clementissime largitus est, gratias mente devotissima habeo atque ago humillimas, MAIESTATEM Eius SANCTISSIMAM suppliciter venerans, ut adesse Studiis porro velit meis, eaque dirigere in Reip. Christianae Commodum & DIVINI NOMINIS SPI GLORIAM.





# IMMANUEL!

De

## CAMERAE IMPERII VISITATIONE NOVISSIMA, ET IIS QUAE EO PERTINENT.

### ARGUMENTVM.

**H**omo natura corruptus, et hinc nocendi ac laedendi cupidus. II. Cui malo remedium constitutione civitatum quaesitum est, quae sicut legibus, ita hae iudiciis indigent. III. Quae hinc ut in reliquis Rebus publicis sic quoque in Germania omni tempore constituta sunt. IV. Quibus auctoritas ob diversas causas nonnunquam vacillans facta rectaque servanda est. V. Quem in finem VISITATIO in CAMERA IMPERII ROMANO-GERMANICI sancita est. VI. Quae vel latiori vel strictiori sensu sumitur, & a Revisione proprie sic dicta differt. VII. Strictiusque sumta duplex est: Specialis & generalis: & haec iterum vel ordinaria, vel extraordinaria, qualis fuit VISITATIO NOVISSIMA. VIII. Haec ob plures rationes instituta, & in primis ob Iustitiam Camerale novissimum, IX. Quod occasione negotii Pyrkiani ortum. X. Perperam vero ab alio IMPERATORI, ab aliis autem Electori Moguntino tribuitur: XI. Cum tamen separatione Praesidum & Assessorum introductum sit. XII. Unde anxia data multis querelis. XIII. XIV. Et quaestioni: An Iudicium Imperiale Aulicum durante Iustitia Camerale in causis coram Camera pendentibus cognoscere possit? XV. Qua occasione

A

sione quaeri etiam potest: An durante iustitio Camerali collectae ad sustentandam Cameram tribui solitae, a Statibus solvendae? XVI. XVII. XVIII. XIX. XX. Cum autem IMPERATOR querelas illas provisionibus, ut vocant, dispositionibus tollere voluerit, iisdem ipsis praecudicium sibi fieri STATUS IMPERII existimarunt, ex quo plures enatae controversiae. XXI. Extraordinaria igitur VISITATIO in Comitibus a STATIBUS decreta & ab IMPERATORE adprobata est. XXII. Quapropter Status quidam mota prius de modo deputandi lite denominati sunt. XXIII. Et quidem ex omnibus Collegiis observata religionis paritate. XXIV. Qui cum Commissarius IMPERATORIS per Subdelegatos Ministros suos Visitationem Camerae peregerunt. XXV. Secundum potestatem per constitutiones IMPERII & mandata specialia ipsas competentem. XXVI. Cancellaria Camerali a Visitatione generali non excepta. XXVII. Deinde de tollendo iustitio & restaurando iudicio CAMERAE deliberatum est. XXVIII. Sed mora ob motam a Statibus Catholicis controversiam interveniente. XXIX. Tandem d. XXVIII. Januar. Anni. MDCCXI. Iudicii Cameralis Reapertura insecuta, XXX. Et post triennium fere a VISITATORIBUS VISITATIO ad finem perducta, & Recessus Visitationis publicatus est. XXXI. Conclusio.

## I.

**L**X quo infelix protoplastorum lapsus univrsum genus hominum summo fummae felicitatis deiecit gradu, in locum vitae, gratiae, libertatis, omnisque felicitatis, mors, ira, servitus atque omnis generis successerunt miseriae. Immo vsque eo humana corrupta est natura, vt nec corpus solum, sed & mens potissimum morbis laboret grauissimis. Et intellectum, & voluntatem si consideres, quam dives



dives quaeso est, quae se continuo offert malorum & vitiorum seges? quae pluribus excutere nunc mihi integrum non est. Scopo meo suffecerit indicasse, hocce malum adeo altas egisse radices, ut hominem incredibilis alteri nocendi stimulet libido, quae ipsum ad noxam alteri inferendam quam maxime pronum reddit: tantum adest, ut suum cuique tribuere cupiat.

H.

Id quod ansa pariter & causa fuit, quae homines impulit, ut relicto Statu naturali, (quippe qui iniuriis propellendis, & commodis, quae homini ab homine provenire possunt, fruendis haud sufficiens) civitates id est, coetus perfectos juris tuendi, (a) & vitae sibi sufficientis gratia, constituerent, atque hoc demum modo a mutuis laesionibus, & malis quae homini ab homine imminet, se tutos fore, & ius cuique suum tribui posse, sint arbitrati. (b) Verum cum homo in civitate pravam istam ad mala propensionem nocendique libidinem haud abiiciat, hinc, ne hoc institutum sine suo careret, necessario leges civiles ferenda erant: (c) quibus sua ut constaret auctoritas, iudiciis opus erat.

*Quantum enim est, ait JCtus Pomponius, ius in civitate esse, nisi sint qui iura regere possint. (d) Et leges non tantum ferri, sed etiam accurate custodiri, & ad effectum deduci debent. (e)*

(a) In quo civitas potissimum differt a reliquis coetibus, ut. 1. a coetu latronum, qui iuris destruendi, laedendi, & auferendi gratia coeunt. 2. a coetibus mercatorum, opificum, etc: qui utilitatis, commodi, & commerciorum & 3. ab iis qui pietatis causa societatem ineunt ut Abbatiae, Monasteria etc.

(b) Haec causa constituendarum civitatum omnium mihi videtur verosimillima. V. B. Dom. Mevius in Prodrum. Jur. Gent. Inspect. l. §. XI. ubi ita inter alia: *Per alienas injurias suaque mala edocti homines pro jure servando & consequendo necessitate impellente,*



ratione ducitæ præter commune quæ a natura est inter omnes homines, alias speciales societates iustitiæ & securitatis præsidia fecerunt & inierunt. Non enim ius deerat, sed iuri vis. Conf. omnino quæ de origine & progressu civitatum Idem Inspect. V. §. XIX. scribit. Dom. Pufendorf. I. Nat. & Gent. L. VII. c. 1. it. de O. H. & C. L. 2. c. 5. §. 7. Dom. Mr. Huberus de Iur. Civitat. L. 1. c. 7. & c. 8. pr. Dom. Christoph. Thomasius J. Prud. Divin. L. 3. c. 6. §. 12. & seqq. Addatur Christoph. Forstnerus ad Taciti Annal. L. 3. c. 26. p. m. 285. Neque cum illis facimus, qui Statum naturalem hostilem esse, bellumque omnium contra omnes volunt. Non enim id Statui adscribi debet, quod pravae hominum naturæ, quam in civitate minime abiciunt, tribuendum est. vid. Hobbes. de Cive c. 1. §. 2.

(c) Repertum enim, satis haud fore iustitiæ causa societates elegisse velut juris custodiam, sed oportere illas sic instruere, formare & firmare, ut essent primo amabiles & durabiles, deinde etiam ad finem suum aptæ & validæ. Hoc pro eo hominum Statu præter jus naturale alias constitutiones exegit. Ex quo primo juris naturalis ad societatem applicatio necessaria fuit: deinde isti plura superaddita sunt usu exigente reperta & recepta, quemadmodum differit Dom. Mevius l. c. Inspect. I. §. XVIII. & seqq. Vid. Hugo Grotius de Jure Belli & Pacis Proleg. §. 19. Egregia sane sunt, quæ de legibus civilibus earumque necessitate philosophatur Vir πολιτικῶτατος Forstnerus in not. polit. ad Taciti Annal. L. 3. c. 27. p. m. 297. Habenda, inquit, Romanis bonisque Imperatoribus gratia, qui ad hujus vitæ turbas componendas, tantum nobis reliquerunt & consilii, & iudicii, & æquissimæ rationis. JESUS CHRISTUS, Dominus ac legislator summus, ipsa Patris Sapiëntia duras nobis ex caelo leges attulit; Diligite proximum, ut te ipsum, & quod tibi fieri non vis, alteri ne feceris: quibus universa Christiana jurisprudentia continetur. Verum cum in tanta hominum improbitate, humanaeque naturæ imbecillitate vari sint, qui ita affectibus expurgatum habeant animum, ut eadem caritate alios ac se prosequi velint; oportuit, ubi mala radix exstirpari non potuit, saltem caveri, ut quam minime serperet noceretque. Itaque leges latae sunt, non quæ bonos perfectosque homines efficiant, sed quæ ne mali essent, providerent. Leges civiles enim naturalibus succur-

runt, ita vt sanctione poenali definiant, quae poena illos man-  
fura sit, qui facienda omiserint, vel omittenda fecerint; & ad  
id, quod nobis debetur, exigendum actiones subministrant.  
Praeterea ea, quae leges naturae non certo definiunt, leges  
civiles determinant, & civitatis bono accommodant. Quae  
eo magis monere volui, quo maiori studio notandus hic est  
eorum error, qui ex Taciti Annal. L. 3. c. XXVII. in fin. vbi  
corruptissima republica Romana plurimas leges fuisse scribit: leges, ci-  
vitatatum, non sustentacula, sed ruinam esse contendunt. Qua-  
si vero ex Taciti effato omnis dependeret veritas. Sed nec is,  
iudice Forstnero in not. ad h. l. Taciti, (qui de legibus a mala  
legislatorum libidine latis, legumque nimia multitudine, quam  
civilis prudentiae Doctores vnanimes reiiciunt, loquitur) sen-  
sus est, quasi multae leges corruptam temp. faciant, sed in corrupta repu-  
blica Romana plures latae esse leges. Ex malis enim moribus bonae na-  
tae sunt leges: quippe leges pleraeque ex occasione latae sunt. Id quod  
apud ipsum Tacitum Annal. L. XV. c. XX. Thrasea censet:  
Usu, inquit, probatum est leges egregias, exempla honesta, apud  
bonos ex delictis aliorum gigni. Sic Oratorum licentia Cinciam rogatio-  
nem: Candidatorum ambitus Juliae leges: magistratum avaritia Calpur-  
nia sita pepererunt. Vana omnino illorum est opera qui aurea  
illa laudant secula, quibus mortales legibus carentes iura in-  
cognita habuerunt: seducti ab eodem Tacito qui L. 3. annal. c.  
26. vetustissimos mortalium, nulla adhuc mala libidine, sine probro, scelere,  
eoque sine poena aut coercionibus egisse dicit. Quasi vero primos  
vniversi generis humani parentes insanae ambitionis oestrum  
haud coinquinasset? Quasi neque Cain, filiorum primus, fra-  
trucidii reus esset? Quasi vero sacrae paginae nos veriora cer-  
tioraque non docerent?

(d) L. 2. §. 13. D. de Orig. Jur.

(e) Novell. 161. in pr. Hinc non esse leges, & non esse legum  
executores Jctis paria sunt.

### III.

Hinc nullam temere civitatem repertam arbitror,  
quae iudiciis omnino destituta fuerit. Suos habuerunt A-

thenae Areopagitas . Roma novit Censores suos atque Praetores. (a) Neque a simplicitate vetustorum septentrionis gentium iudicia aliena fuisse certum est. (b) Nec Germanis sua inde ab antiquissimis temporibus, defuerunt iudicia, quorum pro temporis regiminisque varietate non eadem semper facies fuit. (c) Quanam hodie in IMPERIO nostro Romano- Germanico obtineat iudiciorum ratio, apud Juris Publici scriptores reperire licet. (d) Meo tantum scopo inservit observare, alia esse iudicia quae a STATIBUS IMPERII in suis territoriis exercentur, de quibus hic non est agendi locus: alia quae libitibus Statuum pariter & subditorum dirimendis constituta; quorum praeter subordinata, vt Austregas, Iudicium Aulicum Rotwilense & reliqua iudicia Regni provincialia, duo sunt summa: CAMERA IMPERII & JUDICIUM AVLICUM. (e.)

(a) *Vincent. Gravina* de Ortu & progressu Jur. Civ. L. I. capp. 8. 13. 27. 35. Add. *Kipping* Antiqu. Rom. l. 2. §. 3. & 7.

(b) Vid. *Jo. Stiernhöök* de Jure Sueonum & Gothorum vetusto L. I. *Loccen.* Antiqu. Sueo- Goth. l. 23 c. 3. (c) *Jul. Caesar* Comm. de B. G. l. 6. c. 23. In describendis antiquis Germaniae iudiciis post *Christoph. Lehmannum*, Iurisprudentiae publicae promum condum L. 2. *Chron. Spirens.* laudabilem operam navarunt *Herm. Conring.* peculiari Exercit. de Iudiciis Reip. Germ. quae in Volumine Exercitationum Academicarum sexta est. *Paul. Hachenb.* in Germania Media Diss. 3. §. 26. 27. Inter haec omnium fere celeberrima sunt Secreta iudicia Westphalica, de quibus videtur *Freherum* singulari Dissert. *Schottel.* de Singul. Iuribus Germaniae c. vlt. *Speidel.* Notabil. Jurid. Polit. voc. Westphälisch Blut. Ges. richt. *Hachenberg.* d. l. §. 10. *Conring.* d. l. §. 40. illustr. Dom. *Henricum Cocceium*, patriae nostrae incomparabile fidus, Jur. Publ. Prud. c. XXXII. §. 43. & nuper ill. Dom. *Thomafium* in Dissert. de vera origine, natura, progressu, & interitu iudiciorum Westphalicorum; & quos ibi Vir ill. recenset.

(d) Dom.

- (d) Dom. Coccei. Jur. Publ. Prud. integro cap. XXXII. *Covring*, d. l. Excell. Dom. B. G. *Struv.* Syntagm. Jur. Publ. Diff. XXIV. Dom. *Gabr. Schweder.* Introd. Jur. Publ. Part. Special. Sect. 1. c. XI. & seqq. Dom. *de Rhetz.* Instit. Jur. Publ. integro L. IV. Just. *Sinolt* cognom. **Schüz** Coll. publ. de Statu Rei Roman. Vol. II. Disp. 2. &c.
- (e) De constitutione & potestate horum Iudiciorum vid. Dd. allegati II. citr. Cui inter haec duo Iudicia, Aulicum & Camerale, praecipuus tribuendus sit locus? a quibusdam mota est quaestio: Eandem utriusque dignitatem esse, cum *Mindano* in praefat. L. 1. de Process. existimat *Sinolt Schüz* c. 1. th. V. sic. H. in fin. Alii Cameram Imperii Iudicio Aulico augustiorem volunt *Meichsner.* Decis. Tom. IV. Decis. 4. n. 15. a *Schutzio* c. 1. allegatus. Auctor sub ficto *Hippolithi a Lapide* nomine latens Part. I. c. X. Sect. I. p. m. 122. Quibus videtur accedere *Monzamban.* De Statu Imperii German. c. V. §. 20. & 21. Alii contra statuunt *Stammlev.* de Reservat. Imperat. §. 36. n. 12. **Gottlieb von Zagen** in Comitolog. Ratisbon. P. IV. Dis. IX. n. 96. & *Tabor* in Dissert. de Execution. Rei Judicat. th. 48. Ad stipulatur his ill. Dom. *Ericus Mauritius*, Camerae Imperii quondam Assessor. Hic enim, licet in Exercit. de Iudicio Aulico mens. Septembr. Ae MDCLXVI. in Academia Christian-Albertina publice proposita th. ult. XXVI. ob certas rationes suam desuper sententiam explicare se nolle scribat; post paulo tamen mens. Octobr. ejusd. anni in Dis. de Judic. Aul. Rotwilens. cap. I. §. VIII. Iudicium Aulicum praecipuo loco inter Germaniae iudicia esse, contra *Hipp. a Lapide* & dissent. cum *Stammlero* & *Tabore* arbitratur. CAMERAM IMPERATORUM & universum IMPERIUM repraesentare *Avus meus* p. m. in Dissert. sua de Juribus Imperii, (quae Collegio *Sinolt Schüzens* postea inserta Voluminis I. tertia est.) indicavit th. XXXIII. lit. A. Fustus nuper ea de re egit quisquis est Auctor *Quinquertii Cameralis* Quaest. I. **IV.**
- Sed quid prodesset, in Republica iudicia esse constituta, si illis

si illis auctoritas inviolata non servaretur. Auctoritas autem eorum ita potissimum convellitur, si ii qui iudiciis praesunt, vel iis praediti sint moribus, partiumque agantur studio, ut litigantibus necessario suspecti evadant, & hinc ab iis recusentur: (a) vel se invicem iurgiis & rixis vexent atque laceissent: adeo, ut cum maximo iustitiae detrimento, illi, ad quorum officium pertinet, lites diminuerent, & dirimere (b) eas inter se ipsi foveant. Ex quo tantum abest, eos litibus alienis finem imponere, ut in infinitum potius protrahant; praecipue cum impossibile fere sit, ut in ferenda sententia conveniant animis studiisque difuncti. Ut centenas alias iustitiae tribunalium corruptelas taceam.

(a) Sic Saeculo XVI, ordines Evangelici recusarunt Judicium Camerale, de quo integra *Strauchii* Dissertat. Exoter. vltima. Addat. *Burgoldens.* ad Instr. Pacis Part. II, Disc. XX. n. 13. Observandum hic merito, an Camerale Judicium ceu suspectum recusari possit? Eius recusationem non permissam, sed Assessorum tantum recusari posse ex *Roding.* L. I. Tit. 3. n. 11. & *Gail.* L. I. obs. 33. asserit, quisquis est, qui nuperrime Francofurti ad Moenum prodit Auctor *Delineationis Juris Cameral. ex fontibus Legum publicarum* & *Recessus Visitationis novissimae concinnatae* sect. I. §. I. pag. 2. in fin. Sed dubium ex eo moveri posset, quod Saeculo XVI. Ordines Evangelici re antea bene perpensa re ipsa hoc iudicium recusaverint, de quo fusius *Strauch.* cit. Dissert. quam ideo etiam hoc rubro insignivit: *De Recusatione Iudicii Cameralis.*

(b) L. 21. in fin. D. de Reb. Cred. L. I. §. 10. D. de novi Oper. Nunt.

V.

Ne igitur Judiciorum auctoritas evalescat prorsus, cursuique iustitiae obiiciatur obex, & ut ceteris, quae inde oriri possunt, malis, repente eatur obviam, iis, quos cura tangit reip. summa cum sollicitudine prospiciendum est.

est.

est. Quodsi in Imperio nostro Romano-Germanico eiusmodi quid contingat, remedia pro diversitate iudiciorum adhibentur diversa. Hinc missis ceteris iam de remedio circa CAMERAM IMPERII visitato, sive de VISITATIONE, pauca differere animus est: quem in finem novissimam & recenti adhuc memoriae inhaerentem CAMERAE VISITATIONEM, quae Imperante JOSEPHO, Glor. Mem. instituta est, quantum per aetatem dabitur, propositurus, & ea, quae circa Visitaciones in genere, & novissimam in specie observatu digna fuerint, brevibus explicaturus sum.

VI.

VISITATIONIS vocabulum vel strictiori, vel latiori sumitur significatione. Strictius sumtum Visitacionem proprie dictam indicat, de qua nunc quidem sermo est: sed posteriori, eoque latiori sensu & Revisiones comprehendit. Sunt enim revisiones visitacionis pars: (a) & veteres revisiones per extraordinarias visitaciones explicantur. (b) Solent quoque iidem esse Revisores, qui Visitatores: hinc & Revisores dicuntur Visitatores (c) Nilominus tamen differentia intercedit, & revisio atque visitatio ab invicem distincta sunt. Nam Revisio proprie est, qua de processu & sententiis latis cognoscitur: (d) Per Visitacionem vero de Camerae vitijis & defectibus emendandis judicatur: (e) uti ex sequentibus patebit.

(a) *Ordinat. Cam. Part. III. Tit. penult. l. 53. §. 1. 2. & 5. Conf. Jo. Georg. Gebhardi inaug. Disput. de Revisorijs Judicijs cum in genere, tum in specie Statuum Imperii, quam in Academia Heidelberg, sub praesidio ill. Dom. H. Cocceji A. MDCLXXXVII, defendit, th. XXXII.*

(b) *Recess. Imper. noviss. A. MDCLIV. §. 124. 128 & 132.*

(c) *Ord. C. I. c. §. 5. Dom. Gabr. Schweder, in Introduct. in Jus Publ. Imp. noviss. Part. special. Sect. 1. c. XXXI. §. 9. in fin. Conf. Dom. Gottfried Lange / qui in Einleitung zu den Geschichten*

und Jure publico P. III Lib. 2. sect. 2. art. 13. hanc ipsam, de qua loquimur Visitationem novissimam Revisionem, & Deputatos Visitatores Revisores vocat. (d) Sic haud ita pridem in causa Erbmannorum Monasteriensium ab Imperatore & Statibus Revisio ordinata est, quae satis amplam & Wetzlariae & Ratisbonae in Comitibus negotiorum largita est copiam. Acta videantur in *Antonii Fabri* (quem *Chr. Leonb. Leuchtium* esse detegit *Dom. B. G. Struvius* Biblioth. Juridic. edit. ult. Cap. XIV. §. 8. p. 481.) *Staats-Cantzley* Tom. XI. c. VII. T. XII. c. IX. T. XIII. c. VIII. T. XV. c. IV. T. XVI. c. 3. *Elect. Jur. Publ.* Tom. I. n. XXXIV. T. II. n. XII. T. III. n. II. & IX. Observandum hic merito est, quod scribit Autor *Delineat. Jur. Cam.* Sect. 2. §. 6. p. 83. & 84. scilicet: *Sententiarum Cameralium in Revisorio Judicio correctarum exempla numerari perpauca. Tantum igitur abesse, ut metuat, vel subterfugiat Collegium Camerale Revisiones, ut potius integritatis suae testimonia fuisse, & futura existimet. Olim cum annuae fuissent & Visitationes & Revisiones, florentissimum teste historia fuisse iudicii Cameralis Statum.*

(e) Confirmatur haec distinctio Revisionis & Visitationis ex ipso *Recess. Imp. MDCLIV. §. 128.* ibi: dadurch die Visitationes, NB. oder vielmehr Revisiones. *Conf. Dan. Otto* de Jure Publ. cap. XIII. in fin. p. m. 500 & 501. & ibi *Jo. Linnaeus* in notis subjunct. *Speidel.* voc. Visitations-Edge / it. Revision. De Revisionibus scripsit *Benderus, Dn. Otto Phil. Zepperus* olim in Gymnas. patrio Professor celebr. in *Discurs. Jurid. Tit. V.* quibus add. *Blum.* *Process. Cam. Tit. LXXIX.* & *Disputatio Gebhardi* praefidii *Coccei* supra allegat. & reliquia *Consultis. Zeppero* citati.

## VII.

VISITATIO est vel CAMERAE ipsius, cuius Cancellaria pars est, vel Cancellariae Cameralis specialiter. Haec est defectuum & vitiorum Cancellariae & personarum eo pertinentium investigatio & correctio, & dicitur specialis. (a) illa, quae & generalis vocatur, definitur defectuum, vitiorumque, tum personarum Cameralium, tum pro-



processus Cameralis investigatio & correctio, (b) & iterum in ordinariam & extraordinariam dividitur. Ordinaria dicitur, quae peragitur (*sive potius, peragi debet*) ab illis Statibus, quos ordo inter se communi consensu receptus tangit. Huius modus praescribitur in *Ordinatione Camerali*. (c) Sed ab anno MDLXXXII. nulla ordinaria Visitatio instituta est. Cum enim visitandi ordo Joachimum Ernestum Marchionem Brandenburg. eo tempore Archi-Episcopum Magdeburgensem tangeret, hunc, Evangelicis sacris addictum, Status sic dicti Catholici agnoscere amplius noluerunt, eique, ut votum & sessionem in Comitibus Imperii, ita & visitatoris munus denegarunt. (d) Extraordinaria est, quam expediunt illi Status, quas alias ordo ille non tangit, sive qui extraordinarie ad visitationem deputantur & denominantur. (e) Novissima, quae sub Imperio JOSEPHI, Glor. Mem. instituta est VISITATIO, extraordinaria fuit, (f.)

(a) *Jac. Blum.* Procefs. Cam. Tit. XI. n. 36. it. Tit. XXIV. §. 2.

(b) *Blum.* d. tit. XXIV. §. 2. *Abasv. Fritsch.* Manual. Jurispr. Publ. voc. Visitatio Camerae, it. voc. Conventus Visitatorum. Exc. D. B. G. *Struvius* Syntagm. Jur. Publ. Dis. XXIV. §. 69.

(c) Part. I. Tit. 50.

(d) *Linn.* Lib. IX. c. 2. n. 198. *Burgoldens.* ad Instrum. Pac. Part. II. Disc. XX. §. 17. p. m. 217.

(e) Alio modo ordinariam atque extraordinariam Camerae Visitationem explicat Vir de iure omni optime meritus, Dom. *H. Cocceius* Jur. Publ. Prud. c. XXXII. §. 25. ordinariam pro causis futuris, extraordinariam pro praeteritis esse docens. Et ita ex mente Dom. *Cocceii* extraordinaria visitatio ab anno MDLXXXII. neglecta est: cum tamen ceteri Jurispublici Dd. ordinariam a dicto anno neglectam velint, & Visitationes annis MDLXXXIII. LXXXIV. LXXXV. LXXXVI. LXXXVII. XC. V. MDC & MDCLI. institutas extraordinarias fuisse do-

ceant. *Blum. Process. Cam. c. 1. Schweder* Jntrod. in Jus Publ. P. spec. Sect. I. c. XXX. §. 7. *B. G. Struv. Synt. Jur. Publ. l. c. quibus ipsa verba Recessus Imp. noviss. MDCLIV. §. 132.* ad stipulantur, ibi: Welten von A. 1582 keine ordinari vilitationes und revisiones gehalten worden.

(f) Ita in ipsis conclusis atque decretis Imperii, vt & in *Recessu Vilitationis novissimae AMDCCXIII.* vocatur. *Conf. Struv. Synt. J. Publ. Diss. XXII. §. 45.*

## VIII.

Causae institutae VISITATIONIS *novissimae* plures fuisse: praecipua vero introductum A. MDCCIV. Iudicii Cameralis Institutum; (a) Quod vt eo clarius pateat, pauca rem explicare licebit. Varias iam a longo tempore in CAMERAE IMPERII dominabantur *draçia*, quae multis ansam dederunt querelis. Inprimis novissimae, quae inter ipsos CAMERAE Praesides & Assessores exortae erant lites adeo excresecbant quotidie, vt vna mox plures gigneret. Malo filere causas *Owianas*, *Nytzianas*, *Wigandinas* ex editis parte *Actis publicis* nimis notas. (b.)

(a) *A. Gellius Noct. Att. L. XX. c. 1. iustitium est, ait, quasi iuris interstitio & cessatio. Unde dies iusti quibus nihil agi. Jure possent, nec licere. tria verba Praetori dicere: Do, Dico, Adico.*

(b) *Fabr. Staats. Consf. Tom. VI. c. 10. T. VII. c. 3. T. IX. c. 3. & 4. T. XI. c. 5. Add. Monatl. Staats. Spiegel A. MDCCII. mens. Jul. it. MDCCIV. mens. Mart. & April p. 57. & seqq. mens. Mai. & Jun. p. 4. & seqq. Jul. p. 80. seqq.*

## IX.

Negotium Pyrkianum omnium fere fuit famosissimum, & funestissimum: quod tandem nociuo illo Instituto Camerali ansam praebuit. Cum enim Baronem Pyrkium, Camerae Imperii a Circulo Suevico praesentatum Assessorem, ab officio ob certas rationes per Camerae Praesidem Catholicum, Baronem Ingelhemium et aliquot Assessores

Assessores, consensu Iudicis Cameralis (quo munere tunc temporis Elector Trevirensisungebatur) ad tempus remotum (a) alter Camerae Praefes Evangelicus, Comes Solmanio-Laubacensis in pristinum Statum & dignitatem videndamatae ipsi ab Imperatore Glor. Mem. LEOPOLDO commissionis (b) d. 7. April. A. MDCCIV. restitueret, (c) graviter id tulerunt Praefes Baro Ingelhemius, pluresque Assessores, (d) Qui hinc a sessionibus ordinariis, tam in Audienciis, quam in Senatu abstinentes Cancellariae Iudicii Cameralis Praefectum Cancellariam (e) atque Lectoriam (f) claudere iusserunt. Quo ipso institutum introducum est (g) Comite Solmensi atque Assessoribus Zernemanno, (h) Pyrkio ac Krebtio protestationem insuper suam interponentibus. (i) Hinc controversiae indies augmenta capiebant. (k.)

(a) Vid. Cameral- Decret die Suspension des Herrn von Pürek betreffend / **Staats-Canzl. 7. IX. c. 3. n. 3.** Beylage. n. 2. Camerali Collegio potestatem suspendendi Assessorem ab officio asserit Auctor *Quinquertii Cameralis. Quaest. 3. Rescriptum* contra Caesaris ad Electorem Trevirenssem negat **Staats-Canzl. T. IX. c. 3. n. 4.** Beylage n. 2. ibi: Als auch die Suspensions-Sache von der Beschaffenheit ist daß solche zu er erkennen und anzulegen denen Praesidenten und Assessoren nicht zukommt / sondern solcher Gewalt allein Uns und Euer Ldb. nach klarer Disposition gedachter Cammer-Ordnung vorbehalten ist.

(b) V. Käyserl. Rescript an dem Herrn Grafen von Solms in puncto Restitutionis des Assels. von Pürek **Staats-Canzl. 1. c. Beylage n. 1. p. no. & n. 4.** Beylage n. 4. Beylage n. 1. p. 121. it. Copia Käysl. Decreti an den Henning Meister / quo salarium Pyrkio exsoluere Quaestor Iudicii Cameralis iustus est. **Staats-Canzl. 1. c. n. 4.** Beyl. Lit. B.

(c) **Staats-Canzl. ib. n. 3.** Beyl. 3. & n. 4. Beyl. 1. & adhanc alia Beylag. sub rubrica: Bericht wie die von Jhr. Käyserl. Maj. allergnädigst demandirte Restitution des Assels. von Pürek vollzogen worden. p. 128.

- (d) Vid. Memorial an den Reichs-Convent zu Regensburg von dem ältern Hn. Praesid. Staats-Canzl. Tom. IX. c. 3. n. 3. p. 104. Monatl. Staats-Spiegel MDCCIV. Jul. p. 57. & seqq.
- (e) Tres IMPERIVM Cancellarias habet, quas singulas Elector Moguntinus, tanquam Imperii Archi-Cancellarius dirigit. I. est Cancellaria in Comitibus: vulgo: die Chur-Mayntzische Canzley / sive Reichs-Canzley II. Cancellaria Iudicii Imperialis Aulici, die Reichs-Hoff-Canzley. & III. Cancellaria Iudicii Cameralis, die Cammer-Gerichts-Canzley. V. Blum *Process. Cam.* Tit. XI. B. G. *Struv.* Synt. J. Publ. Diss. XXV. §. 1. - 5. *Schweder* Introd. Jur. Publ. P. Spec. Sect. 2. c. IV. §. 2.
- (f) In hac reconduntur & custodiuntur Acta Iudicialia, Blum I. c. §. 6. & seqq. & Statuum privilegia. *Schweder.* l. c. *Struv.* l. c. §. 12.
- (g) Staats-Canzl. l. c. n. 5. & sing. Beylage. 1. cum aliis Beyl. A. & B.
- (h) Nostrate, honoris gratia merito nominando, hic enim illu stris Vir Camer. Imper. Assessor. Senior nuper d. XXVI. Febr. h. anni defunctus, ante LXXI annos hic Bremae natus.
- (i) V. Declaration und Reservation des Herrn Grafen von Solms/samt einiger Assessoren contra die Sperrung und Schliessung der Canzley. Staats-Canzl. l. c. n. c. Beyl. 2. p. 153.
- (k) Acta vid. in Staats-Canzl. Tom. IX. c. 3. Monatl. Staats-Spiegel. MDCCIV. mens. Aug. p. c. 199. p. 31 199. Sept. p. 55. & seqq. Octobr. p. 46. & seqq. & passim.

K.

Auctor prioris Tomi des Neueröffnuten Welt- und Staats-Spiegels (a) ipsi IMPERATORI tribuit, quod Iudicium Camerale clausum sit. Sed largius hoc dictum, & omnino praeter rem esse, puto. Nam Rescriptum aliquod, sive decretum quo IMPERATOR Cameram Imperii claudi iusserit, neque ipse, neque alii etiam Actorum Publicorum Collectores proferunt. Exstant contra decreta Caesarea & Imperii conclusa, quibus iustitium illud detestantur. (b) Immo ipse hic Auctor exhibet (c) decretum Commissionis Caesar. dictat. in Comitibus, quo IMPERATOR expressis verbis reaperturam Iudicii Cameralis

non  
ase

a se clausit die Eröffnung des NB. von Ihro nicht gesperrten Gerichts: sunt ipsa decreti verba) Statibus commendat. Sunt alii, qui Iudicium Camerale ab Electore Moguntino clausum dicunt. (d) Est accurata loquendi ratio & hic desiderari videtur. Non enim ipsa Camera Imperii abs Moguntino Electore oclusa; sed Cancellariam Camerae duntaxat eius Praefectus ad Electoris Moguntini speciale mandatum provocans (e) clausit, & ab omnibus Concellariae personis sibi tradicurans, eas, quo minus officio suo satagere potuerint, prohibuit. Inter Iudicium Camerale vero, & Cancellariam eius, quae pars huius Iudicii est, differentia intercedit, licet hac clausa maximum expeditionibus iudicii creetur impedimentum?

- (a) Tom. 1. P. 72. Sed noli hunc irritare; Quam male enim exceperit monitores, pagellae nuper editae indicant.
- (b) A Comite Solmensi ea *Deductioni* pro causa sua A. MDCCVIII, editae, adiecta sunt, & quidem Quaestioni II, sub num. 3.4.5.
- (c) Tom. 1. p. 726. Idem decretum exstat in *Ant. Fabri Staats-Canzl.* Tom. XV. c. 3. n. 6. it. in *Electis Jur. Publ.* Tom. II. n. 5.
- (d) Inter hos est Dom. C. L. *Bilderbeck* in not. ad *Teutsch. Reichs Staats* Tom. II. Part. IX. c. 4. §. 14. lit. Y. Addit ibidem *Dom. Bilderbeck*; Auctorem *Quinqueritii Cameralis* in Quaestione V. Electoris Moguntini circa claudendum propria auctoritate iudicium Camerale potestatem investigare, eiusque argumenta, quae pro negativa adducit, potiora atque firmiora esse. Sed neque haec omnino ita se habent. In dicta enim Quaestione V. Auctor de iuribus & praerogativis Archi-Cancellariatus Moguntini agens, in ea imprimis, quae ipsi circa Cameram Imperii & eius Cancell. competunt inquirat, & a §. CCII. demum usque ad finem eius in claudenda *Cancellaria Camerali*, non vero in ipsa Camera claudenda, allatis vtrinque argumentis & affirmantibus & negantibus, potestatem exponit, nec, quo inclinet, prorsus ce-  
lat,

(e) Co-

(c) Comes Solmensis tamen de eo, quod mandatum hoc neque secundum observantiam personis Cancellariae praefectum, neque etiam se possente a Cancellariae Praefecto exhibitum sit, apud IMPERATOREM conquestus est in relatione de modo restitutionis Pyrkianae. Staats-Canzl. T. IX. c. 3. n. 4. Beylag. B. cum Beyl. 1. p. 132 & 133.

## XI.

Rei magis convenit; eo ipso, quod Praeses Baro Ingelhemius, & qui cum eo faciebant Assessores, a Sessionibus ordinariis abstinerint, & Praefectus Cancellariae hanc cum Lectoria clauserit, iustitium introductum esse.

(a) Cum vero exinde quaestio nata: *An adhuc existeret Collegium aliquod Camerale?* utraque pars penes se ius collegii consistere, asseruit. (b) Hinc & Praeses Comes Solmensis, & tres, quia partibus eius erant Assessores ordinariis sessionibus, tutandae & servandae veluti possessionis gratia, bis per hebdomadam adhaerunt, (c) quoad id per Cancellariam clausam fieri poterat. Hi quoque Baronem Ingelhemium cum reliquis Assessoribus, eo quod privata auctoritate sese a ceteris separaverint, ius muneris sui atque Collegii amisisse volebant, (d.)

(a) Videri possunt hac de re litterae responsoriae Regis Borussiae ad Elect. Moguntin. Staats-Canzl. Tom. X. c. 3. n. 3. ibi -- ein anmaßliches Justitium eigenmächtig einzuführen sich unterstanden / ohne daß bis dato die Ursachen und Befugnisse dazu / auch auf dessen Geheiß solches geschehen / an Ihr. Rñß. Maj. und das Reich eingebracht / und derer Decision untergeben worden.

(b) A Comite Solmensi & Assessoribus, qui vna cum ipso ordinariis sessionibus per aliquod tempus aderant, ea de re peculiaris *Deductio* in Fol. edita est. A. MDCCVIII. cuius argumentum brevibus recensent *Electa Jur. Publ.* Tom. I. n. VI.

(c) *Monat. Staats-Spiegel* MDCCIV. Aug. p. 16. *Adiuncta Deductioni* all. *Quaest. 2.* Decretum Caesar. & Referiptum Elect. Trevirens. vt iudicis Cameralis, sub num. 11. & 12. quibus admoventur, vt munere suo fungi pergant.

(d) Vid.

(d) Vid. cit. *Deduction*. Quaest. II.

XII.

Quicquid huius sit, iustitium aderat, quod ut quam primum tolleretur totius Imperii e re erat. Hinc nec ipsi Praesides & Assessores Camerae utriusque partis tantum; (a) & Advocati ac Procuratores Camerae suo, atque eorum, quorum lites in Camera coeptae erant nomine: (b) sed plures quoque Imperii Status in Comitibus Ratisbonensibus serio flagitabant, ut sine mora *Visitatio* institueretur. Nam & iustitiae cursus in causis coram Iudicio Camerali contestatis prorsus impediabatur; & alia graviora mala inde consecutura esse, metus erat minime vanus. (c.)

(a) *Fabr. Staats-Canzl.* Tom. IX. c. 3. pp. 85. 115. 140. 158. 163. & 178.

add. *Monatl. Staats-Spieg.* MDCCIV. plurim. locc.

(b) *Staats-Canzl.* I. c. n. 12. *Monatl. Staats-Spieg.* MDCCIV. mens. Sept. p. 68. & seqq.

(c) Huc pertinet, quod iustitium Camerale ansam dederit Summo Provocationum sive Appellationum Iudicio, Berolini a Friderico I. Rege Borussiae instituto, ad quod Subditos suos appellationes dirigere iussit Edicto publico de 1. Jul. A. MDCCIV. cuius tenorem exhibet *Monatl. Staats-Spieg.* 1704. August. p. 35. ex quo notandum tamen, remedium istud ex constitutione Regis interimisticum tantum fuisse.

XIII.

Iustitio Camerali originem quoque debet notabilis illa & maximi momenti quaestio, quae & in ipso Summo Statuum Conventu Ratisbonensi examen subiit: *An scilicet durante Iudicii Cameralis iustitio, Iudicio Imperiali Aulico competat facultas, in causis coram Camera pendentibus sub quocumque praetextu quocumque discernendi?* Cum enim in lite, quae Marchionibus Brandenburgensibus lineae Franco-nicae, inde ab aliquot tere saeculis cum civitate Nerimber-

C

ber-

bergenſi de veſtigalibus quibusdam intercedit, Iudicium Imperiale Aulicum reſcripta ac mandata decerneret; Domini Marchiones Staribus in Comitibus hanc quaestionem deliberandam propoſuerunt, Imperii ſententiam circa eam rogantes. (a) Deliberatione itaque in omnibus Collegiis inſtituta, factaque ab Electoribus & Principibus re- & correlatione, accedente etiam ſuffragio Collegii Civitatum, (b) quaestio illa negative decisa est *Concluſio Trium Collegiorum S. R. J.* (c) quod ipſum tamen ratum habere Imperator recuſavit propter rationes in *Decreto Commiſſionis Caesareo*, publice in Comitibus dictato, (d) indicatas: quae ſunt I. Attentata & nova facta Dominorum Marchionum contra ipſas ſententias Camerae, & exinde ſequens periculum in mora. 2. Conſtitutiones Imperii avocationem cauſarum prohibentes non loqui, neque etiam intelligi poſſe de caſu Iuſtitii. 3. quod tempore praecedentis iuſtitii, cum poſt occupatam a Gallis Spiram Aſſeſſores, & perſonae Camerales inde recedere coacti, Conſilium Imp. Aulicum in cauſis coram Camera coeptis ſententias iudiciales nemine contradicente decreverit. 4. Niſi Iudicium Aulicum poteſtate iſta gauderet, totum Imperium eiusque membra plurimum detrimenti paſſura eſſe. &c.

(a) Vid. *Memorialia* Marchionum in *Staats-Canſl.* Tom. XII. c. 3. n. 1. & 2. *M. Staats-Epig.* April. 1706. p. 89.

(b) Nondum enim ad relationem & correlationem admiſſae ſunt civitates, quemadmodum deſiderarunt. *Grundſtze des Reichs Part.* 2. c. 6. p. 132 & ſeqq. Sed concluſa ſuperiorum collegiorum cum ipſis tantum communicantur, quam communicationem tamen effectu a re-et correlatione non diſſerre cenſet Dom. Cocceius Prud. J. Publ. c. XX. ſ. 35. qui diſſenſum illarum, non obſtante earum ſuffragio decifiſo nihil operari poſſe, *ibid.* ſ. 41. docet.

(c) *Staats-*



(c) Staats:Canzl. l. c. n. 6. M. Staats:Sp. Jul. 1706. p. 65.

(d) Staats:Canzl. l. c. n. 7. St. Spieg. Nov. 1706. p. 49.

XIV.

Verum enim vero Marchiones Brandenb. Conclufi iustitiam plurimis demonstrare annis sunt argumentis, (a) Praecipua sunt : 1. Neminem Legatorum isti concluso contradixisse, quod iustitiae eius testimonium luculentum sit. 2. Iudicium Aulicum caussis coram Camera pendentibus se immiscere prohiberi per *Recess. Imp. noviss.* (b) & *Capitulat. Josephin.* (c). 3. Praesens iustitium pro casu plane extraordinario reputandum esse, neque id praevideri potuisse : hinc ergo impossibile in Constitutionibus Imperii Legislatores aliquid de eo disposuisse, vel id excepsisse. Eo igitur in casu quid obtinere debeat ab ipsis statuendum esse Legislatoribus, Imperatore sc. & Imperio, non autem a Iudicio Aulico. Id quod Imperium concluso isto, cuius ratihibitionem a Caesare petiit, fecerit, dum processus in Camera pendentes durante iustitio in Statu, ut aiunt, quo relinquendos iudicavit. 5. Acta iudicialia processus in Camera affervari, ut adeo Iudicium Aulicum non inspectis actis valide cognoscere nequeat. 6. A iudice inferiori ad Superiorem recurri debere: hunc vero respectu Camerae Iudicium Aulicum non esse, sed Caesarem & Imperium. 7. Ante Camerae ordinatam ius in Comitibus ab Imperatoribus & Statibus esse dictum : (e) deinceps vero ab iis Camerae iudicium constitutum; hoc ergo si impediatur, iudicandi potestatem ad eos pertinere, qui id constituerunt, Caesarem nempe & Status Imperii; quare & ad hos hoc casu recurrendum, sicut Episcopus Herbipolitanus in causa contra Cam. Asses. *Wigandum*, & Episcopus ac Capitulum Monasteriens. in causa Erbmannorum nuper fecerunt. 8. Ea quae priori iustitio Camerali A.

MDGLXXXIX. & seqq. a Iudicio Aulico acta, per *decretam Commiss. Caes.* communicata antea cum Statibus, & ab his, nemine ex partibus litigantibus contradicente, tacite adprobata fuisse. &c. Quamvis autem contra haec plura regesserint Norimbergenses, (f) nihilominus tamen & his responderunt Marchiones, (g) ac suspensionem executionis ab Aulico Iudicio decretae obtinuerunt. (h.)

(a) Vid. *compendiosa Repraesentatio Iustitiae des Reichs Gutachrens Staats. Cansl.* l. c. n. 9.

(b) *Artic. Ebenmäsig* 156.

(c) *f. XLI. ibi: die am Käys. Cammer. Gerichte anhängig gemach. Sachen / &c.*

(d) Vid. *Instrum. Pac. Osnabr. Art. V. §. 56. in pr. ibi: si quae vero dubia circa interpretationem Constitutionum &c. & ad h. l. Auct. Mediatr. ad Instr. P. (quem ill. Virum Henricum de Henninges esse indicat Struv. Biblioth. Iurid. c. XIV. §. 28. edit. vlt.) qui Specim. V. p. 784. Iudicio Aulico interpretandi auctoritatem non dant, sed si de Statuum Imperii iuribus rebusque controversia est, ex dubio constitutionum loco iudicanda, decisionem ad comitia Imperii remittendam affirmat, & Buckisbium absurde dubitantem refutat.*

(e) praecipue in rebus magni momenti. Vid. ill. Dom. Cancellar. *Ludolph Hugo. Tr. de Statu Region. Germ. c. IV. §. 4. & 36. Conring. de iudic. Reip. Germ. §. 41. & passim.*

(h) Incredible non videretur, quod & haec Marchionum cum Civitate Norica controversia inter alia moverit Electores, ut ex monitis Statuum Capitulationi S. C. M. gloriosiss. hodie regnantis, Art. XVI. sequentia inseruerint: Wir wollen -- dem Proceß, dieser Reichs. Gerichte seinen strackten Lauff / auch keinem von dem andern eingreiffen / oder Proceßus avociren, vielmenger über die Sententias und Judicata Camerae von Unserm Reichs. Hoff. Raht / unter was vor Praetext es seye / cognosciren lassen.

XV.

An durante iustitio Camerali collectae, quas Status sustentandae Camerae tribuere solent, (die Cammer. Zielex) solvi

a Sta-

in Statibus debeant, itidem hic quaeri poffet *Erneft. Gockelius*, fi iuftitia non dicitur, tunc nec fufcultationem Camerae fubminiftrandam eife, cenfet, (a) provocans ad *S. Craiff*, *Abf. M. Jul. MDCXXVI.* Verum ex fpecificatione refiftantium Salarioram in *Staats-Cangl. T. XIX. c. IV. p. 365.* patet, currentium durante noviffimo iuftitio annorum falaria Praefidibus & Affefforibus foluta tum ex parte jam fuiffe. Nec immerito: cum Iudicium Camerale non fuerit fublaturum ab Imperatore & Imperio, fed diffenfio duntaxat fuerit inter Praefides & Affeffores qui neque locum Iudicii defuerunt, neque etiam officio fuo, quoad id fieri potuit, plane defuerunt. Sed inutilis forfan haec videbitur quaefitio illis, qui, & tum, quando viget Camerae Iudicium, & jus ibi dicitur, fubfidia a Statibus fufcultationi eius debita non conferri conqueruntur. (b.)

(a) *Tr. de Jurisdic. Suprema §. XXX. in fin. p. 117.*

(b) Notari meretur, quod primus actus iudicialis, poft reftitutum noviffime Camerae iudicium ipfo videlicet Reaperturae die, fuerit Recefus Fifealis contra Status illos a quibus Collectae illae non folutae. *Staats-Cangl. T. XVII. X. n. 3. E. lect. Jur. Publ. T. III. n. VIII. p. 275.* Graviter fati Auctor *Delineat. Jur. Camer. Sect. I. §. 7. p. 19.* fi de contributionibus, inquit, ad fufcultationem Camerae agitur, Fifealis officium adhuc viget, fruflranea tamen faepius Imploratione, & dolendo Reip. ftatu. Crederet quis Iudicium Camerale confenfu Statuum Imperii conftitutum non effe, cuius adeo levis, fi de fufcultando eo eft quaefitio, geritur cura. Cuius caufam ibidem addit, quam ficut noftram non facimus, ita eam plane omittere malumus. Quae poft reftauratum Camerae Iudicium circa eius fufcultationem, & falaria Praefidum, Affefforum, &c. acta funt, fati prolixae funt, vt in *E. lect. Jur. Publ. Staats-Cangl. &c.* videre eft.

## XVI.

Iuftitium vero vt quamprimum tolleretur, & Vifitatione

tatio institueretur, commune omnium erat, desiderium. (a) Equidem Glor. Mem. Imperator LEOPOLDVS iam ante introductum institium, turbis Cameralibus provisionali, vt vocatur, modo, donec visitatio ab universo Imperio institueretur, remedia quaedam adhibere decreverat, eorumque executionem Camerae Iudicii Electori Trevir. hoc vero recusante, Comiti Solmensi alteri Camerae Praefidi demandaverat; immo Regi Borufs. & Electori Palatino has provisionales dispositiones, si necesse foret, effectui tradendas committere voluerat. (Ihnen war die Manutenez derselben zu mehrerem Nachdruck eventualiter aufgetragen.) Sed his provisionalibus ordinatio- nibus praeiudicium iuribus Statuum creati visum est: aliis contra hanc Imperatori vindicare potestatem allaborantibus ex his praecipue fundamentis. 1. Imperatorem summum esse Monarcham; supremum custodem legum, iustitiae & salutis publicae. 2. Eum esse caput Imperii & omnis iurisdictionis fontem. 3. In casibus necessitatis a regulis iuris communis abire licitum, & salutem publicam Imperii supremam legem esse, ideoque Imperatori in hac necessitate licere provisionali disponere modo, quia ordinarium visitationis remedium per CXX. annos in effectum deduci non potuerit. 4. exemplis patere Caesarem provisionali modo disposuisse, turbisque & malis finem indixisse: reliqua.

(a) Vid. quae dicta sunt supr. §. XII,

### XVII.

Ad quae alii excipiunt: I. Quamvis concederetur Statum seu formam Imperii Monarchicam esse; (a) nihilominus tamen esse certissimum, exercitium iurium Imperii certis limitibus, pactis sc. & LL. fundamentali- bus

bus circumscriptum esse, quibus observandis Imperator adstrictus. 2. Status Imperii parte iurisdictionis gaudere; saltem in effectu, per *Capitulat. & Recess, Imp.* 3. Dubium esse, num talis necessitas eo tempore, cum dispositiones provisionales ab Imperatore decernerentur, adfuerit. Turbas illas quae postea, & quidem occasione harum provisionalium in Camera ortae, huc non pertinere. Praeterea loco ordinariae visitationis, extraordinariam institui posse. Status Imperii in casibus etiam necessitatis, & ubi provisionalia saltem remedia ob periculum in mora adhibenda sunt, concurrere debere. (b) 4. Omni insuper tempore, quando Imperator solus aliquid provisionali modo ordinaverit, id non nisi ex antecedente Statutum sive generali, sive speciali concessione factum. (c)

(a) Si qua est, quae agitata & exagitata unquam fuit quaestio, haec de Imperii nostri forma est: cuius rationes habet *B.G. Struv. Synt. J. Publ. Dis. VI. §. LXIV.* Alii pure monarchicam dicunt: cuius sententiae praecipuus propugnator *Reinkingius* ponitur; quem tamen rationes admittere infirmas, alienas, longe petitas, aut prorsus falsas, censet ipse perill. *Baro de Lyncker Dis. de Forma s. Statu Imperii c. 3. p. 43.* qui alias hanc sententiam non adeo reprehendendam ibidem cum *Boeclero* existimat. Ante illum *Arumaeus, Hortlederus*, aliique idem docuerunt: quibus *Stammlerus & Witzendorffus* accessere. Alii Statum Imperii *Monarchicum* putant sed *Aristocratice temperatum.* *Strohl Schüz* Coll. Publ. de Stat. Rei Rom. Vol. I. Disp. I. th. ult. ex quo temperamento tamen Statum mixtum probari non posse arbitratur. Est haec quoque sententia *Rumelini* ad A. B. Dis. III. §. 18. Ad *Aristocratiam* inclinat *Paurmeister* L. II. de Jurisd. Imp. Rom. c. I. quam sententiam etiam fovet quisquis est qui sub larva *Hippol. a Lapide* latet in tractatu de Rat. Stat. Imp. Germ. passim; & cum eo personatus *Rensfeld*, vel literis transpositis *Rosenfeld* in Tr. de summa Principum Germ.

Germ. potest. *Mixta ex Monarchia & Aristocratia* forma aliis placuit *Limnaeo, Carpzov, Bueclero*; inter quos tamen, an Monarchia, an vero Aristocratia praeponderet, non convenit. Conf. Magnif. D. *Herr. Meieri*, Civitatis huius olim Consul. Diss. Inaug. de Statu Mixto S. R. I. Basil. 1637. Alii denique formam Imperii *Magwchicam* esse contendunt, vt *Fichel*, Disc. de Rep. mixta th. 19. referente *Schweder*, Introd. J. P. P. Gen. c. IV. §. 49. fin. Novo veluti apparatu in quaestione hac examinanda & decidenda, atque collatis quasi viribus certarunt plures, postquam perill. Dom. *Pufendorf*, in *Monzamb.* c. VI. §. 9. *Germaniam irregulare aliquod corpus, & tantum non monstro similem* esse scripserat. Nam opposuerunt se *Pufendorfio* *Pacif. a Lavide*, *Oldenburger*, *Mart. Schoock*, *Teuteburg*, *Praesebius*, *Scharfsmid*, quibus tamen ille in Diss. de Rep. irregul. & in Add. respondit, & ex iudicio Dom. *Thomasii* satisfecit. *Discordiam Scriptorum in media Germania statum eius anxie quaerentium, satis ad probandam Imperii Germanici irregularitatem argumenti esse, an recte crediderit Pufendorf*, in Diss. de Rep. irreg. §. 7. aliorum esto relictum iudicio. Vid. Dom. *Cocceius* J. P. Prud. c. VII. Dom. *Schweder*, P. Gen. c. IV. §. 49. & seqq. Dom. de *Lynker & Sibrand*, in Dissert. de Forma Imperii. Dom. *B. G. Struv.* Synt. J. P. D. VI. §. §. 63-68. Add. Dom. *Ludolph.* *Hugo* de Statu Region. Germ. c. IV. vbi hodiernum Statum Imperii ex antiquo Germaniae, de quo iam *Tacitus*: quod nunquam regnum fuerit ultra libertatem: eleganter deducit. (b) Conf. *Hipp. a Lapide* de Rat. Stat. P. I. c. 10. & Auctor *Quinquertii Cameral*, quaest. 2. cuius argumenta refutare conatus est aliquis in *Diss. maug.* de Maestate Imperatoris *Gissae* habitata. Sed rationes eius, ex *Reinkungio & Paurmeistero* haustas tanti ponderis non esse, haud obscure innuit Aut. *Elect. Tur. Publ.* I. IV. n. I. p. 4.

(c) Vid. ea de re fusius ap. A. *Quinquert. Cam.* quaest. II. §. 3--107.

### XVIII.

Inter alias autem dispositiones Imperatoris provisionales & suspensio Praesidis Catholici & quorundam Assessorum ab officio decreta erat. Vnde nova controversia: aliis

aliis quidem hanc Imperatori competere potestatem asserentibus, negantibus contra alii. Illi his rationibus inniuntur. I. Praesides a solo Imperatore constitui (a) hinc ab eo solo etiam posse, ut aiunt, destitui. (b) 2. Omnia imperandi iura Caesari competere quae in legibus sua sponte non remiserit, quaeque Statibus per Capitulationem non sunt communia facta. Caesarem vero ante institutum Regimentum Imperii, ordinatumque Camerae iudicium summa potestate in Imperio iura dixisse, eumque solum iustitiae administratores pro lubitu constituisse: Quae potestas per O. C. & I. P. non nisi respectu maioris partis Assessorum, quos Caesar Electoribus & Circulis Imperii praesentandos sponte permisit, restricta sit, cum e contrario respectu Praesidum de iure suo pristino nihil omnino remiserit, sed sibi constitutionem eorum, & quod inde sequi necessum esse putant, destitutionem reservaverit. 3. ex ipsa O. C. petita est. (4) 4. praetendunt observantiam Imperii ex iis, quae cum Assessore Schutzio acta A. MDCLXXVIII. dum sc. in decretam eo tempore Commissionem Caesar. Status Catholici tacite, Evangelici autem expresse consenserint per litteras ad Imperat. datas, ad iunctionem duntaxat Commissariorum Evangelicorum desiderantes. (d.)

(a) per. *Instr. Pac. Osnabr. art. V. §. 53* ibi, placuit, praeter Iudicem.

(b) Fundamentum huius argumenti collocatur in *L. 35. D. de Reg. Jur.*

(c) Part. III. Tit. 53. §. Ob sechs aber 6.

(d) Vid. latior Deductio iuris Caesarei in *Staats-Congl. T. IX. c. 3. n. 13.*

XIX.

Hi vero respondent: I. quod Praesides sicut Assessores etiam respectu constitutionis, multo magis autem

D

respe-

respectu sui, quo post constitutionem funguntur, muneris ab vniverso dependant Imperio. Caesaream denominationem partem tantummodo constitutionis esse, dum plenaria constitutio penes ipsum Collegium Camerale sit. (a) 2. Eos equidem a vero longius aberrare, qui Imperatorem solum ante ordinatum Iudicium ius dedisse perhibent, cum id ex omnium temporum historia elucescat potius, Status Imperii vna cum Imperatore ius in Comitibus distribuisse (b) 3. Ex alleg. textu O. C. nihil probari praeter id, quod Imperatori in causa Syndicatus, post causam a Commissariis Caesaris vt & Visitationibus ex Statibus cognitam, sola sententiae executio, eaque ab Imperio ipsi concessa competat, non autem ipsa causae cognitio. 4. Praetensae observantiae Imperii in causa Abschutzii inter alia opponitur: Quod Status Evangelici in litteris suis non adiunctionem solum Commissariorum Evangelicorum, sed praeter hanc & id postulaverint in primis: vt si Visitatio non ita mature ac res postularet, institui posset, tum praevia communicatione eorum, quae peracta iam erant, Evangelicis adiungendis facta, haec Commissio (adiunctis sc. Evangelicis) in inquisitione illa denuo quasi, & ab ovo, vt dici solet, inchoanda, ad interim sive provisionali modo, (i.e. donec Visitatio ordinetur) nomine IMPERATORIS & *NB* IMPERII pergant. (c) Praeterea Status Evangelici in cit. litt. hanc Commissionem, prouti ab Imperatore ordinata erat, Constitutionibus & Reversibus Imperii contrariam esse haud obscure innuere, eam quoque ideo impugnare, quod a Consilio Imperiali Aulico decreta: Quod hoc ipso superioritatem sibi & iurisdictionem veluti in Camera Imperii arroget. Ex quo procul omni dubio sit colligendum, Status Evangelicos Commissionem sola Imperatoris auctori-



toritate peragendam minime adprobasse. Enim vero hoc si fecissent, & nonnisi adiunctionem Evangelicorum desiderassent, eo ipso agnovissent certe illam quam impugnant Iudicii Imperialis Aulici superioritatem; saltem ex parte: quemadmodum litterae a Domino Landgrav. Hasso-Cassel, ea de re ad Elect. Brandenb. exaratae loquuntur. (d.)

(a) His corroborandis ea in medium proferuntur, quae circa constitutum, sive etiam praesentatum ( hoc enim Vocabulo ipsa S. C. M. in Rescripto ad Colleg. Cam. vice plus simplici vta est: quod Rescriptum exhibet A. *Quinqu. Cam.* in *Beyl.* ad *Qu. I. p. 3. lit. B.* ) a S. C. Maieist. alterum Camerae Praesidem Catholicum, Comitem Hohenzolleranum, a Collegio Cam. recipiendum A. MDCLXXIII. acta sunt. V. *Smolt. Schüz* Coll. P. de Stat. R. R. Vol. II. Exerc. 2. post. th. 7. edit. quae cum additione & notis *Scharfshmidii* prodiit.

(b) Conf. supr. §. XIV. lit. (e) *Quinquert. Cam.* Append. ad Quaesit. I.

(c) Vid. haec litterae in *Beyl.* ad *Qu. 2.* *Quinqu. Cam.* p. 46. lit. *W.*

(d) Exhibet litteras Domini Landgravii *Quinqu. Cam.* l. c. lit. T. XX.

Cetera quae ex ipso *Concluso trium Collegiorum S. R. I. d. 17. Octob. A. MDCCIV.* & aliunde etiam pro Caesarea allegantur potestate removendi & suspendendi Praesides ac Assessores, ob prolixitatem nunc taceo nimiam: praesertim cum eadem fere sint cum illis, quae pro iure Imperatoris provisionali modo in Camera disponendi militant. (a)

(a) Latiore iuris Caesarei Deductionem supra iam citatam exhibet *Staats. Canzl. T. IX. c. 3. n. 13.* Pro iure vero Statuum pugnantem videmus Autorem *Quinquertii Cameral.* in *Qu. 2.* Quod reliquum est, ego juvenilis aetatis meae bene memor, & id agens duntaxat, ut iis quos Superiores colo, studia mea qualibuscunque hisce probem conatibus, hic malo, *inven.*

& neutri partium calculum adiiicere meum. Licebit tamen apponere ea de re iudicium Dom. C. L. Bilderbeckii in not. ad Deutsch. Reichs-Staats Tom. II. c. IV. §. 4. lit. T. Ob aber auch/ inquit: der Käyser Macht habe für sich einen Praesidenten ab officio zu suspendiren, oder gar zu removiren? ist eine Frage/welche bey Gelegenheit der letzteren Cammer = Unruhe ventiliret worden. Der Auctor der Deduction welche in Fabri Staats = C. befindlich/ will affirmativam, hingegen das Quinquertium Camerale in der zweyten Frage negativam mit bessern Gründen behaupten.

## XXI

Ne igitur provisionales istae Dispositiones iuribus & praerogativis Statuum. ( cum Statibus enim non communicatae erant ) derogarent aliquid, & ne Consilio Imp. Aulico superioritas & iurisdictio in Camera veluti tribueretur, & via novis exinde orituris simultatibus panderetur, id vrgébant plures, vt ex Statibus eligerentur & deputarentur, qui Camera visitarent. Quamvis autem S. C. M. provisionalis visitationis ius sibi competere videretur asserere: (a) nihilominus tamen, cum Status Imperii in Comitibus Ratisbonensibus *extraordinariam Imperii Deputationem ad visitandam Imperii Camera* decernerent, immo Deputandos ex Statibus *Concluso trium Coll. S. R. F.* denominarent, (b) adprobavit id Imperator, ratumque habuit. (c.)

(a) In Decreto *Commiss.* enim, quo *Conclusum Imperii* ratum habuit Imp. LEOPOLDVS Gl. M. haud diu ante obitum, haec reperiuntur: --- auff inständiges Ansuchen aber bis anhero meistens zur rückgehaltene Käyserl. gerechteste Provisional-Verordnungen. Sed Auctori *Quinqu. Cam.* vocabulum gerechteste de potestate provisionali modo disponendi Imperatori privative competente non intelligendum esse videtur, in *add. Ulter. ad quaest.* 2. §. 5. p. 442.

(b) Vid. *Conclusum* istud, d. 15. Oct. 1700. in *Staats=Canzl.* T. IX c. 3. n.

3. n. 14. add. *Conclus.* d. 23. Jul. MDCCVI. *Monatl. Staats-Spieg.* MDCCVI. m. Aug. p. 21. it. *Conclus.* d. 16. Apr. MDCCVII. *Mon. Staats-Spieg.* MDCCVII. m. Apr. p. 37.
- (c) *Decretum Commiss. Caes.* d. 4. April. MDCCV. exhibetur in *Mon. Staats-Spieg.* MDCCV. m. April. p. 40. add. *Decreta Caes.* d. 17. Febr. & d. 16. Apr. MDCCVII. *ibid.* m. Febr. MDCCVII. p. 54. & m. Apr. p. 37.

XXII.

Ante autem quam Deputati electi sunt, ingens in Comitibus circa deputandi modum in Collegio Principum Evangelicis Statibus cum Romano-Catholicis controversia intercessit: (a) quae anno MDCCIX. cum de Deputatione ad tractatus pacis cum Gallorum Rege ineundos deliberationes instituerentur, acerrime denuo disceptata fuit. Promiscue enim per maiora Collegii Deputandos eligi volebant Catholici; Evangelici contra contendebant, ut & Catholici & Evangelici suae religionis Deputandos vtrique separatim denominarent. Prolixior controversiae illius explicatio, cum nimis angusti huius loci proprie non sit, missam eam facio, id duntaxat monens: Evangelicos Status, hac vice non minus ac alias, iuris sui, quod optimis ex ipso Pac. Instr. atque observantia Comitiali petitis fundamentis firmissime nititur, exercitio, contradicentibus licet Romano-Catholicis, gavifos esse. (b.)

(a) quae movit tunc Auctorem des *Mon. Staats-Spiegels*/vt de Visitatione desperaret fere, dum m. Aug. MDCCIV. p. 4. ita scribit: Wann es so viel Mühe und Zeit kostet/ solche Deputation zur Visitation zu resolviren/ und die Deputandos auff's Papier zu bringen; was wirds nicht zu thun haben/ ehe so viel Personen nach Wezlar kommen/ so vielerley Klagen &c. zu untersuchen und zu entscheiden.

(b) Vid. *Extractum Reichs-Fürsten-Raths-Protocoll* d. 20. Junii A. MDCCIV. & ibi quidem votum Magdeburgicum, latum occasione

caſione denominandae Deputationis extraordinariae ad tollenda religionis gravamina Statuum Evangelicorum : in *Fabri Staats-Congl.* T. IX, c. 2. n. 9. Add. Tom. novis. f. XXIII, c. IX, it. *Elect. f. P. T.* III. n. 3. & 14. Non poſſum non hic adſcribere, quae ſcribit ill. Autor. *Meditatt. ad Inſtr. Pac. Specim.* V. p. 746. *Aequari numerum lex vult, de ratione aequandi hic nihil ſtatuit. Conſentaneum igitur, ut cuique parti libera ſuorum electio relinquatur. Agitata quidem fuit haec quaestio hiſin Comitii, cum alia occasione, tum vero acerrime anno. 1704. menſe Octobri, cum ad Camerae Imperialis Viſitationem decernenda eſſet Deputatio. Illo enim tempore ſumma ope connixi ſunt Catholici, ut ſibi etiam poteſtas fieret eligendi una Proteſtantium Deputatos, quibus viciffim aliqua aequitatis ſpecie idem ius in ſuos viſi ſunt velle tribuere, maniſeſto ludibrio, cum ſuffragiorum numero ubique ſuperiores hoc modo omnem Deputatorum Conſtitutionem ſui arbitrii facere nullo negotio potuiſſent. Sed depulſi tandem ſunt hoc propoſito conſtantia Proteſtantium; qui nulla iſſorum ratione habita perſistere, ut quos ipſi nominaſſent, recipiendi eſſent, ſine ulla mutatione : quamvis ut aliqua in hiſ fieret, Catholici initio deſideraſſent. --- cuius (contentionis) hic tandem exitus fuit, ut alteram partem poenitere litis inceptae & pudere merito debuerit. Quae ea de cauſa prolixis ſcriptis ventilata hinc inde fuere. Auct. *Mantiſſa I.* ad Spec. V. exhibet.*

## XXIII.

Status igitur ad peragendam extraordinariam CAMERAE VISITATIONEM in diaeta Ratiſbonenſi electi ſunt obſervata religionis paritate : (a) ut idem ſc. eſſet Deputatorum Evangelicorum qui Catholicorum numerus. (b) Ex Collegio Electorali deputati fuere *Moguntinus*, qui perpetuae Viſitationis ius habet tanquam Imperii Archi-Cancellarius, (c) *Palatinus*, Catholicum; *Saxo*, (d) & *Brandenburgicus* Evangelici. Ex Principum Collegio & quidem Rom. religioni addiſti : *Salisburgenſis* & *Auſtriacus* ſalvo alternationis ordine, (e) *Bambergenſis*, *Spi- renſis*, *Hildelſienſis*, *Osnabrugenſis*, *Monafterienſis*, *Badenſis* in *Badem*

Baden, & Praelati Suevici: Evangelicae vero fidei additi: Magdeburgensis, Succo-Bremensis, Saxo-Vinariensis, Brandenburgicus lineae Culmbacensis, Brunsvico-Zellensis, Wuxtembergensis, Hasso-Cassellanus, Megapolitanus lineae Suerinensis, & hi tres quidem posteriores salvo alternationis ordine, (f) Comites denique Scamni Wetteravici, Ex Collegio Civitatum Imperialium, Colonia Agrippina atque Aquisgranum a Catholicorum, Norimberga vero & Francofurtum ad Moenum ab Evangelicorum parribus. (g.)

(a) Vid. Reichs-Gutachten de 15. Oct. 1704. in Staats-Cansl. T. IX. c. 3. n. 14. Mon. Staats-Spieg. 1704. mens. Oct. p. 62. & sq. quod confirmatum per Decret. Commiss. d. 4. Apr. 1705. it. Reichs-Gutachten 15. Aug. a. 1706. in Staats-Cansl. T. XI. c. V. n. 7. & Reichs-Vollmacht. de 16. Apr. 1707. quae noviss. Visitationis Reesii A. MDCCXIII. addit. p. 64.

(b) In deputationibus ante Pacem Westphalicam id quidem observatum non est; & Status Evangelici id inter gravamina sua in Tractatibus Osnabrug. A. MDCXLV. mens. Dec. proposuerunt Vid. Tob. Pfamers Hist. Pacis Germano Gallo-Suec Libr. II. §. 71 p. 195. Hinc in Instrumento Pacis Caes. Suec. art. V. §. 51. paritas Deputatorum utriusque religionis sancita est. Conf. Recces. Imp. noviss. 1654. §. 194. Et non solum in Deputationibus ordinariis, sed & extraordinariis, qualis fuit illa ad Visitationem Camerae, de qua sermo nunc est, aequiparandum esse numerum Deputatorum utriusque religionis volunt verba I. P. l. c. ibi: quacunque occasione aut ad quaecunque negotia. Vid. Dom. Hennings in Meditatt. ad cit. §. I. P. Specim. V. p. 737. & seqq.

(c) V. Dom. de Rhetz. Inst. J. P. L. I. Tit. VIII. §. 2. Dom. Henr. Coccei. J. P. Prud. c. X §. II. Vitriar. Inst. J. P. L. III. tit. X. §. 12. & ibi Pfeffinger. in not. Oldenburger. sub nomine Franc. Irenici in Colleg. ad suos in I. P. Discurs. Burgoldensis nomine scriptos P. 3. Dite. 3 p. m. 17. Add. Quinquert. Cam. Qu. 4.

(d) Quamvis enim Rex Augustus Romano-Catholicorum sacra amplexus, curam tamen Evangelicae religionis Duci Weisfelsensensi, vna cum Concilio sanctiori Dresdensi demandavit,

vit. Vid. Declarationem Legati Elect. Sax. Comitis a Werthern in *Protocoll.* act. d. 9. Jan. MDCCXIII, in Conferentia Evangelicorum Ultraiecti, in materia religionis & puncto abolitionis Clausulae art. IV. Pac. Ryswicens. in *Fabri Staats-Consigl.* T. XXIII. c. XI. n. I. p. 533. & 534. vt ita Elect. Saxon. inter Status adhuc numeretur Evangelicos; (vid. *Aut. Medit. ad I. P. Specim. V.* p. 738. ibi: Transitione Saxonis ad sacra Pontificia &c. & p. 795.) immo in Conventibus Protestantium Comitialibus directorium gerat. Dom. *Zechii Europ. Herold.* Tom. I. p. 256. *Struv.* Synt. J. P. Diss. XXII. §. 46. Sunt qui Electori Brandenburg. hoc casu directorium istud tribuunt. *Brunnemann.* *Jurispr. Publ. Diss. VI.* §. 12. Conf. *Germania Princeps L. 2. c. 4. §. 7.* Nota est Quaestio in Comitibus A. MDCCIX. de Directorio inter Evangelicos mota, dum Elector Brandenb. id absente Saxonico sibi vindicare voluit contradicente Saxonico. *Fundamenta Causae*, quibus vtraque pars nititur, exhibentur in *Electis Jur. Publ.* Tom. I. Num. 27. Inter Saxoniae Electorem & Domum Luneburgicam litem esse circa directorium in conventibus religionis causa ex parte Evangelicorum, monet Dom. *Thomasius* Sed forsitan loco Luneburgicae Brandenburgicae legi debet: Quandoquidem litis, quam Brandenburg. Saxonimovet, Vir ill. ibi haud facit mentionem: De lite vero inter Luneburg. & Sax. de directorio in conventibus Evangelicorum quaerenti mihi apud alios Scriptoros invenire aliquid nondum licuit.

(c) Austriacus enim, licet Princeps Secularis, in scamno tamen Principum Ecclesiasticorum sedet, & cum Archi-Episcopo Salisburgensi alternis vicibus directorium in Senatu Principum exercet. Rationem habet Auctor der Grundfeste des Reichs Part. II. c. 5. in princ: Welche beede (Austriae sc. & Burgundiae Duces) entweder um sonderbaren Vorzugs willen oder aus Noth/ indem die weltlichen Häuser ihnen die Ober-Stelle auff ihrer Seiten nicht einräumen wollen / sich zu denen Geistlichen gesellet. & Dom. *Pufendorf* in *Monzamban.* c. 2. §. 3. *Laude digna*, inquit, *Austriacorum solertia.* Nam, vt recens familia priorem prae antiquis locum occuparet, invidiosum nimis erat; neque tamen illis cedere placebat. *Igitur*

tur sibi primum locum inter Principes Ecclesiasticos cepere, qui separato a Principibus Secularibus scamno sedent. Hi enim, cum ex inferiori, ut plurimum, profapia ad fastigium principale ascendant, non adeo pertinaciter se per loco cum ipsis erant certaturi; Sed hanc rationem iam cessare docet Dom. Thomassius in not. ibid. quia hanc sedem Austriacis datam esse a Friderico I. ostenderunt Kulpis. & Obrecht. neque etiam praesumendam eam esse putat, ob factum Cleri Pontificii.

(F) Contendebant olim tres illi Principes, ut & Pomeranus & Badensis inter se de praecedentia in Comitibus aliisque Conventibus. Sed lis haec salutari alternationis remedio sublata. Vid. Schema Sels. & Alternat. Conf. Dom. Zach. Zwantzig. Theatrum Praecedentiae antea sub Zweyburgii nomine editum in Annot. ad Schema Sels. Tit. XXV.

(G) Omnes Status hic enumerati iam *Concluso trium Coll. S. R. I. d. 15. Oct. MDCCIV.* ad extraordinariam Camerae Visitationem deputati erant praeter Coloniam. Haec enim per posterius *Conclusum d. 16. Apr. MDCCVII.* quod d. 18. eiusdem mens. *Decreto Commiss. Caes.* confirmatum successit in locum Uberlingae, quae sumptibus ad sustentandam Visitationis Deputationem se negabat parem esse: quippe quae iam ante annos aliquot moderationem Quanti matricularis ab Imperio non flagitaverat solum, sed & obtinuerat. Vid. *Mon. Staats-Spieg. mens. Maj. MDCCVII.* p. 23, it. Jun. p. 8. *Staats-Canzl. T. X. c. 3. n. I.*

XXIV.

Hi Status Deputati suos Wetzlariam misere Legatos, (a) quibus Imperator addidit Commissarios suos. (b) Quamvis enim ipsum Principem Deputatum se sistere olim oportuerit, ab hac tamen necessitate paulatim recessum est, ita ut nunc vi *Recessus Imp. noviss.* (c) in Principis Deputati arbitrio positum sit, ipsemet venire, an vero Legatum mittere velit, hac tamen addita clausula: *Jedoch zu mehrem Respect, außs wenigste einen von seinen Vornehmsten Ministern.* Convenere hinc Domini Commissa-

E

missa-

missarii Caesarei, & Statuum Deputatorum Domini Subdelegati, qui legitimationes suas Subdelegatis Electoris Moguntini exhibuerunt, (d) in loco Deputationis, qui ipse locus iudicii Cameralis erat, Wetzlariae, mense Septembri A. MDCCVII. (e) ubi post lites quasdam de praecedentia moras (f) prima Sessione d. XX. Octobr. eiusdem anni Visitationem aperuerunt, (g) & iuxta tenorem mandatorum, quibus instructi erant, (h) ipsum Visitationis negotium aggressi sunt.

- (a) Nomina & Praedicata Dominorum Commissariorum Caesar. vt & Dominorum a Statibus Imperii Subdelegatorum habent *Electa Iur Publ. T. VI. n. 44. lit. B.*
- (b) Commissarii in genere denotant, quibus aliquid gerendum, vel expediendum principali demandatur culmine. Vid. *Disp. de Clausulis Commissionum a H. Chüden pro licentia praesid. ill. Viri B. Dom. Sam. Strykii defensa*, quae in Volumine I. *Dissert. Jurid. Hallens.* quod hoc ipso anno editum, XXIX. est: Cap. I. n. 27. & 28. In Imperio nostro Imperator Commissarios constituere solet. Quamvis enim & Statuum Legati Commissarii dici queant, receptum tamen est in negotiis Imperii Solos Imperatoris Legatos eo nomine venire. Solent hi Commissarii Imperatoris esse vel ad causas iustitiae vel ad negotia Status. Ad posteriores referendi sunt Commissarii ad Visitationem propter rationem Status praevalentem licet causae iustitiae non plane excludantur. Vid. *Dom. de Lyncker Disp. de Commissario Imperiali ad negotia Status §. IV. & XVII.*
- (c) *§. 128.*
- (d) *Mon. Staats-Spieg. MDCCVII. mens. Nov. p. 33.*
- (e) Ab initio quidem d. 20. Junii destinatus erat inchoandae Visitationi sed Commissarii Caesar. eo tempore adesse impediti sunt. *Mon. Staats-Spiegel Jun. MDCCVII. p. 13.*
- (f) Scil. inter Austriae. & Salisburg. vt & inter Wurtemberg. Hasso-Cassell. & Megapolitanum de eo lis erat, quis alterando inciperet: & notandum, Austriae & Wurtembergensem prima vice priori sedisse loco, *Mon. Staats-Spiegel MDC.*



MDCCVII. p. 35. Praecipua lis inter Osnabrugensem & Monasteriensem Praesules fuit. Haec quomodo composita, & de eo quod margini der Reichs-Vollmacht adscriptum, vid. Mon. Staats-Spiegel MDCCVII. Maj. p. 13. Sept. p. 5. & Nov. p. 35. it. Reichs-Vollmacht. Conf. Zwanzig. Theatr. Praeced. in Annor. ad Schema Session. Tit. XI.

(g) Cuius solennia describuntur in Mon. Staats-Sp. MDCCVII. Nov. p. 33. & seqq.

(h) Vid. Reichs-Instruction vor die zur Visitation des Cammer-Ge-richts benannte Herrn Deputirte in Fabri Staats-Cansl. T. XI. c. 5. n. 7. it. Reichs-Vollmacht d. 16. Apr. a. 1707. adiunct. *Recessus Visitat. noviss.* p. 64.

XXV.

Quae Visitatorum fuerit potestas e mandatis ipsis datis, der Reichs-Vollmacht & Reichs-Instruction, optime patet. Competit vero illis plenum ius ac potestas IMPERATORIS STATVVMque IMPERII nomine defectus vitiaque personarum Cameralium a summo ad imum (a) investigandi & corrigendi, personas inidoneas removendi, Statuum de Camera querelas decideudi, Processum iudicarium aliaque reformandi: cetera. (b.)

(a) Reichs-Instruction art. XIV.

(b) Conf. Dom Schweder Intr. J. Publ. P. Spec. c. XXXI. s. 9.

XXVI.

Num Statibus ad Visitationem Deputatis Cancellariam quoque ac Lectoriam Camerae visitandi competat potestas? in quaestione fuit: siquidem fuere, qui soli Electori Moguntino Visitationem Cancellariae Cameralis, tanquam singulare ius, reservare sategerunt. Olim Visitatoribus potestatem vitia Cancellariae corrigendi & emendandi datam fuisse extra omne dubium est, & certissimis argumentis probari potest. Sic enim in *Recess. Imp. Augustano* A. MD-XXX. §. Ob auch einiger Mangel 90. quam integram si

E 2

ad-

adscribam, rei me facturum esse pretium arbitror: Ob  
 auch einiger Mangel an des Cammer-Gerichts-Canzley er-  
 funden/ derselbe soll durch unsern Freund/ (a) den Cardinal  
 und Erzbischoff zu Mayntz/ als des Reichs Erzbischoff/  
 es wäre in Processen/ Taxen und dergleichen/ mit Racht er-  
 meldeter verordneter *Visitatores* und *Commissarii* der Ge-  
 bühr reformirt und gebessert werden. (b) Idem mandata,  
 quibus novissima Visitationis Deputatio instructa, conti-  
 nent: Soviel aber die Visitation der Canzley und Leserey  
 betreffe/ würden Ihre Churf. Gn. zu Mayntz mit denen  
 Kayserl. Gn. *Commissariis* und *Visitatoribus* der Sachen/  
 denen Reichs-Constitutionen und üblichen ununterbrochenen  
 Observantz gemäß/ recht zu thun wissen. (c) Hinc, quia  
 Visitatoribus potestas illa vtrique comperit, (d) re ipsa e-  
 tiam in Visitatione novissima in vitiis Cancellariae & per-  
 sonarum eo pertinentium inquisiverunt, taxamque Can-  
 cellariae reformarunt. (e.)

(a) Solent alias Electores Ecclesiastici ab Imperatore salutari  
 Nomen / sicut seculares Oeime; vocibus, quae amoris hono-  
 risque gradum distinguunt: docente ill. Dom. Coscio I.P. Pruck.  
 c. XIV. §. 15. Conf. Dom. Henr. Gunth. Thulemar. Olovirat. c. VIII.  
 §. 12. & seqq. Sed, quemadmodum non semper, nec vbiq;  
 hanc differentiam ab Imp. observatam esse monuit Linn. L. 3.  
 c. 3. n. 39. ita, & cit. §. 90. titulum istum prorsus omittit Im-  
 perator, & loco nepotis, amici denominatione Electorem Mo-  
 guntinum Albertum March. Brand. insignivit, qui etiam Car-  
 dinalis erat. Vbi observandum, Imperatores quandoque a-  
 mici titulum Cardinalibus tribuere solere, ut e Dom. Linnigii  
 Collectionibus Litt. videre licet. Hinc, cum apotiori deno-  
 minatio fieri dicatur, argumentari exinde quis posset, Impe-  
 ratorem Cardinales Electoribus digniores existimasse. Ve-  
 rum hoc non obstat, quo minus augustam Electoralis fastigii  
 praecminentiam Cardinalium dignitatem longe superare, cum  
 Dom.

Dom. Zwanzig, in Theatr. Praecedent. Part. I. Tj. XXV. asserere velim.

(b) Conf. O. C. P. I. T. XXVII. §. 6. & T.L. verf. Und woeltlichen &c.

(c) Reichs Instruction art. XIX, circa fin.

(d) Sicut optimis rationibus ex Ordinationibus Cam. & Receptibus Visit. & ipsa praxi, s. observantia probatum reperitur in *Deductione*, quae exstat in Staats-Cansl. T. XI. c. V. n. 6.

(e) Vid. *Memoriale* a Dominis Commissariis & Subdelegatis Visitatoribus decretum pro *Cancellariae Praefecto*, & ceteris Cancellariae personis d. 18. Dec. 1713. Additum id est *Recessui Visit. noviss.* p. 35.

XXVII.

Coepto igitur, vt diximus VISITATIONIS negotio in eo occupati erant Domini Visitatores, vt secundum mandata instructionis in omnia inquirerent, defectus vitiaque corrigerent atque emendarent. Sed cum ingens negotiorum esset copia, novaque quotidie emergerent, de Iudicii Cameralis *Reapertura* deliberatum est. (a) Erant equidem aliqui Dominorum Visitatorum, qui investigari prius volebant omnia, quam Iudicium rursus aperiretur. Verum plures Imperii, Status, ac plurimi privati homines, inprimis autem Senatus Leodiensis de eo conquerentes Camerae Iudicium quam primum restaurari serio flagitabant. (b) Hinc Directorium Moguntinum in Committis non solum d. V. Aug. A. MDCCIX. sed & S. C. Maestas per *Decretum Commiss.* d. 12, Dec. eiusd. anni, *Camerae Reaperturam* Statibus admodum commendabant. Cum ergo Status Imperii in eandem consentirent, (d) Domini Commissarii & Subdelegati Wetzlariae ad restitutionem Iudicii Cameralis pergere volebant.

(a) Equidem iam anno MDCCVI. a quibusdam, propositum erat, vt ante ipsam Visitacionem instituendam Camerae Iudicium

- cium restauraretur: Sed ei alii, & praecipue Rex Boruss. contradixerunt. Mon. Staat. Sp. MDCCVI. Mart. p. 21. & Apr. p. 92.
- (b) Memoriale Leodiens. v. in. Staats. Cansl. T. XV. c. 3. n. 2. & 3.
- (c) Staats. Cansl. l. c. n. 4. & 7. Elect. J. Publ. T. II. n. V. Neu-  
eröffnete Welt. und Staats. Spieg. P. VIII. p. 7-6
- (d) St. Cansl. d. l. n. 8. 9. 10. & 11. El. J. Publ. l. c. n. 26.

## XXVIII.

Ast novum huic rei facessiverunt impedimentum Deputati Status Catholici. Cum enim tempore iustitii Cameralis introducti duodecim ex vtraque religione Assessores essent, durante Iustitio & Visitatione plures fato defuncti ita vt praeter Praesides Sex tantemmodo vita adhuc fruerentur, quorum quatuor Evaangelicae, reliqui autem duo Catholicae religionis sacris addicti erant, Quoniam igitur sex isti Assessores nullam remotionis poenam meruerant, Statuum Evangelicorum Domini Subdelegati eos iterum admittendos, & Neopraesentandos ab illis examinandos esse statuebant, vt ita Iudicio restituito diversi iterum Senatus formari possent. Id quod Statuum Catholicorum Domini Subdelegati recusarunt alium modum extraordinarium examinandi & recipiendi Neopraesentandos Assessores proponentes, numeri praeterea suae religionis Assessorum superioritatem postulantes. Sed quemadmodum Evangelici modum illum, vt vocabatur, extraordinarium reiciebant, inque receptione Neopraesentandorum religionis paritatem minus necessariam esse probabant, sic etiam superioritatem numeri, quam Catholici praetendebant, plane negabant. (a) Praeterea occasione huius a Catholicis motae litis gravamen aliquod in medium protulerunt Evangelici: Quod sc. Iudices Camerales, quibus quidem potestas in casum absentiae

sentiae suae vni ex Praesidibus vices suas delegandi data sit, certis tamen terminis inclusa, hanc ab aliquo tempore eo vsque extenderint vt, Praesidi Catholico directorum & vices suas per longissimum tempus, immo ad vitae dies delegaverint: quo ipso paritas religionis inter Praefides LL. Imperii sancita sublata sit.

(a) Vi Instrum. Pac. Osnabr. art. V. § 57. & Recept. Imp. noviss. f. 169.

Vid. Auct. Mediet. ad I. P. Specim. V. p. 795. sq.

(b) Vid. Staats. Cansl. T. XV. c. 3. n. 13. & 14.

XXIX.

Tandem vero omnes, postquam novos Assessores ante Reaperturam recipiendos non esse, constitutum erat, in Iudicii Cameralis Reaperturam ac restitutionem vnanimes consenserunt. Hinc post septennale *Camerae Imperii Iustitium* eius demum Reapertura solennis brevi ante obitum Augustissimi IMPERATORIS JOSEPHI tempore insecuta est: die videlicet XXVIII. Januar. MDCCXI. (a) Quo ipso die novus ab Imperatore constitutus *Camerae Iudex* Princeps Nassovicus in Hadamar, qui tamen brevi tempore interiecto repentina morte defunctus, iusiurandum coram Dominis Commissariis Caesareis, Staruumque Deputatorum Dominis Subdelegatis praestitit.

(a) Solennia Reaperturae recensentur in Staats. Cansl. T. XVII. n. 2. & Elect. J. Publ. T. III. n. 8. Hic inter alia observari meretur, quod Domini Subdelegati Electorum & Principum Subdelegato Praelatorum Suevicorum pariter ac Comitum Wetteraviensium curru seivgi vehendi facultatem in conductu Commissariorum Caes. ad Confessum negaverint. Staats. Cansl. I. c. Elect. J. Publ. I. c. n. 13. & Tom. V. n. 20.

XXX.

Reliqua a Dominis VISITATORIBVS peracta, cum nimis proluxa sint, ob loci huius angustiam praetereo. Haec quoque nunc omitto, quae post IMP. JOSEPHI obitum tem-

tempore interregni auctoritate (a) Sereniss. *Vicariorum*, Imperii, (b) & dein Imperante Augustissimo Caesare CAROLO VI. a Visitatoribus ordinata & decreta sunt. Hoc tantem monebo : quod finito *Visitationis* negotio Domini VISITATORES *Recessum Visitationis* d. 18. Dec. A. MDCCXIII. publicaverint, (c) qui eiusdem ac ceteri *Recessus Imperii* auctoritatis est, vimque legis habet; idque ex totius IMPERII voluntate, quod hanc Dominis Deputatis facultatem concessit. (d)

(a) Dum enim Commissariorum Imperatoris mandatum morte eius expiraverit, hinc a Vicariis renovari debuit. Vid. *Elect. J. Publ. Tom. III. n. 39.*

(b) Electorum sc. Palatini & Saxoniae : illum quod attinet, notandum, Eum noviss. interregno iura Vicariatus, de quo olim tot tantaque controversiae Palatinis cum Bavaris intercesserunt, sine vlla contradictione, exercuisse. Vid. *Dom. Cocceii Juris P. Pud. c. XVI. Dom. Thulemar. Octovirat. c. XV. & XVIII.* Sicut vero Vicariatum Palatinum quidam ex Archi-Dapiferatu deducere voluerunt, ita sunt etiam, qui Vicariatu Saxonico ex Archi-Mareschallatu origines adscribunt. Exc. I. P. Ludw. Germ. Princ. L. III. c. 4. it. L. IV. & V. B. G. *Struv. in Diff. singul. de Officiis Imperii Saxonice.* Quamvis vero alii his minime ad stipulari velint. V. *Deutsch Reichs Staat T. I. P. IV. c. 7. §. 5. not. h. & Auctor des Bücher - Cabinets, XXII. Eing. p. 329.* hanc sententiam ex ipso Diplomate Comitativae, qua Rex AVGVSTVS, vt S. R. I. *Vicarius Ampliff. Facultatem Jurid. Lipsiens.* donavit, impugnet, nihilominus tamen *Dom. C. O. Rechenberg.* ipse Lipsiens. Professor, brevi post tempore, Vicariatus Saxonice illustres natales ex Archi-Mareschallatu publici iuris fecit.

(c) Solennia publicationis recensentur in *Elect. Jur. Publ. T. VI n. 44.*

(d) *Reichs Instruction art. XXVI.*

XXXI.

DEUM igitur supplices rogamus, vt restituto supremo

mo Iustitiae Tribunali ac reddita Pace turbas omnes ac mala omnia clementissime in posterum avertere velit. Sic vigente IVSTITIA, florente PACE floreat in aeternum GERMANIA. Manibus autem Sacratiss. Imp. IOSEPHI gratias merito immortales agas ac habeas GERMANIA, qui non nisi restituta summo Iudicio, immo non nisi ipsa restituta IVSTITIA mori voluit, vt TIBI vulneris, quod mortem suam vniverſo Orbi Christiano & TIBI inprimis inflicturam esse sciebat, gravissimi lenimentum suavissimum, SVCCessori AVGVSTISSIMO vero exemplum optimum relinquendo, SIBI IPSI indelebile atque aeternum exstrueret gloriosissimi IMPE-RII JOSEPHINI MONVMENTVM.

*Addend. ad §. XXX.*

Haec cum prelo subicienda, relationes novissimae afferunt, quod Ratisbonae Statuum Evangelicorum Legati in Conferentia Evangelicorum d. 12. Mart. proposuerint, Imperatorem a Statibus rogandum esse, vt *Recessus Visitationis novissimae & Relatio Dominorum Subdelegatorum cum Statibus* communicetur.


### COROLLARIA.

- I. Imperium non est immediare a DEO.
- II. Testamenti rustici privilegia extendi debent ad testamenta aliorum ruri degentium ex ratione Legis.
- III. Iudex personas respicere debet: praecipue in delictis eorumque poena.
- IV. Male Ius Canon. viduae statim a morte mariti nubendi potestatem concedit.
- V. Iuramentum dolo elicitum nullo iure servandum est.
- VI. Hereditas iacens magis utiliter quam subtiliter dicitur res nullius.
- VII. Idem statuimus de eo, quod hereditatis non furtum, sed expilatio fieri dicatur.
- VIII. Consensus sic dictus praesumptus consensus non est.

F

IX.

- I. X. Non adeo merentur vapulare, qui iustas nuptias primam patriae potestatis causam dicunt, non autem procreationem ex iustis nuptiis.*
- X. Blanditiis testatorem ad testamenti factionem inducere licitum, si modo dolus absit.*
- XI. Pactum & Conventio non differunt.*
- XII. Haud placet H. Grotii ratiocinatio F. B. & P. E. II. c. VII. §. 8. n. 1. ideo matrimonium institutum esse, quia ratio aliqua repertienda fuit, qua probabiliter constaret, quis esset partus cuiusque pater.*



*Nobili, doctrina moribusque cultissimo Juvveni,*

# JOHANNI GEORGIO Zierenberg

*Patritio Brem:*

*Jurium & omnis elegantioris eruditionis  
Studiofissimo.*

**S**I qua peregrinis gens patria cognita terris,  
 En ZIRENBERGUM dextera juncta fuit,  
 Si qua peranequam meritis scit patria gentem,  
 En ZIRENBERGUM gens ea prima fuit.  
 Si qua sacris & si qua Deo. gens dedita Bremas,  
 En ZIRENBERGUM gens ea summa fuit,  
 Plurima quos laurus cinxit, sacra insula texit  
 Qui patriae patribus Consulibusque nitent,  
 Quos laeti placidos, lenes, legumque peritos,  
 Fortes, constantes, pacificosque vocant,  
 Si qua etiam illaesa superat gens inclyta laude,  
 En ZIRENBERGUM gens ea salva viget.  
 Traducibus claris Themidos quos gloria vestit,  
 Quos Germana fides ornat & integritas.  
**JANE GEORGI HORUM** soboles, ut semina in ortus  
 Exsurgunt semper quae generosa suos;

*Sic*



Sic Tua nobilibus studiis excolta juvenus  
 Servabit patrium laude micante decus.  
 Te decorat pietas, doctrina, modestia, candor,  
 Insigne ingenium judiciumque sagax.  
 Jura adamas, veterum lustras monumenta, recentum  
 Scripta colis, scriptis ut patet hisce Tuis:  
 Dum *Cameram Imperii clausam tandemque reclusam*  
 Aptis, ornatis thesibus Ipse doces,  
 Thesibus ætatem lucemque ferentibus, & queis  
 Ipse Tibi illustrem pandis ad astra viam.  
 Euge animo hoc! nam sic *aperitur* trames honorum,  
 Sic vigili studio *clausa reclusa* patent!  
 Sic recta pergis! sic adjuvat æmula virtus!  
 Sic & imago patrum dum placet, ipse places!  
 Sic stat gentis honos *includi nescius* annis!  
 Optima quæque patent sic *reserante* DEO!

*cum voto f.*

PRÆSES.

PARENS ad Filium Autorem  
 & Defensorem *Dissertationis.*

**N**Otitiæ solidæ Romani Juris & Equi  
 Gnævus, & in Sophiæ doctrinis cultus & arte,  
 Historiæque sciens veteris simul atque recentis,  
 Callens & linguas tam doctas quamque politas,  
 Atque DEVM recte, quæ prima scientia, *noscens*,  
 Cæsaris & Procerum Imperii communia jura,  
 Acta vel & Statuum Decretaque publica jungens;  
 Præcipuum hunc juris tetigisse ac utile punctum  
 Omnibus in studiis cultis doctisve probatur:  
 Esse tuæ id mentis, *mi Fili*, quam bene monstras;  
 Publica JOSEPHI dum tractas ACTA TOGATI  
 INDUPERATORIS DIVI, post funera MAGNI;  
 Præsertim IMPERII CAMERÆ spectantia clausæ  
 Per spatia annorum septem, sed ab inde reclusæ;

UIC

Ultima solennis Procerumque REVISIO quando?  
 Quonam facta modo? per quos? cuiusque rogatu?  
 Cui fini tandem? simul ac in commoda quorum?  
 His in mandatis quae CAESARIS alta potestas?  
 Quid Procerum & Statuum communis juris in illis?  
 Pro modulo ingenii juvenilis iudicii que  
 Discutis, ac aequa trutinas quasi singula libra,  
 Omnia sollicito disponens ordine iusto.

Quae Tibi non minimo cum sint congesta labore,  
 Actorum ex scriptis Electorumque Viretis,  
 Sive aliis libris, quorum Tibi mentio multa,  
 Ex quibus usque sagax nunc hoc, nunc colligis illud  
 Utiles, atque citus proprios Tibi vertis in usus,  
 Publica scriptorum Actorumve volumina solers  
 Nocturna volvendo manu, volvendo diurna,  
 Inde haec compages & Dissertatio crevit.

Testaris satis & clare his, *charissime fili*!  
 Non adeo in vanum juveniles haec annos  
 Defluxisse Tibi, magis sed sat graviter illos  
 Utiliterque bonis his artibus impendisse,  
 Quois sibi conciliat laudem, decus atque favorem  
 Dedita virtuti studiisque dicata juventus

Hinc age doctorum Juvenum certamen amicum  
 Intrepidus subeas, aptis confingere verbis  
 Ne fugias, doctis Tu tantum docta reponas;  
 Ne fors succumbas aderit moderamine dextro  
 Nobilis HAKLADES, quo primus Praefide gaudes.

Nos ubi sex denos & septem vivimus annos  
 Nunc demum laeti felicia quaeque precantes  
 Haec Tibi, *mi Eli*, jam dum properante senecta  
 Scribimus, at tardis, senibus pro more, Camoenis.

Interea DEVS, ille DEVS, qui dirigit omne  
 Quicquid in orbe, tuis clemens conatibus adsit  
 Laudandis; pergas modò eo feliciter ire  
 Quo pede coepisti; *Sic Te DEVS adjuvet, oro!*








Bremen, Diss., 1715-48

X 2344173





12296.  
Vi

N<sup>o</sup> 36

F. F.

DE

1715, 1.

# CAMERAE IMPERII

VISITATIONE NOVISSIMA  
ET HIS QVAE EO PERTINENT

PRAESIDE

DOMINO

CHRISTIANO ALBERTO

**SARON**/

V. I. D. ET PROFESS. PVBL. ORD.

IVDICE HEREDITAR.

IN Borgfeld/

PVBLICE DISSERET

IOANN. GEORG. Sierenberg.

BREMENS.

AD D. IX. APR. A. MDCCXV.

H. L. S.

BREMÆ,

1612 TYPIS HERMANNI BRAVERI, ILLUSTR.  
GYMN. TYPOGR.